






600071601L




BIBLIOTHECA · BODLEIANA ·
DOMINUS ILLUMINATIO MEA



AD

BENEDICTI DE SPINOZA

OPERA

QUAE SUPERSUNT OMNIA

SUPPLEMENTUM.

CONTINENS TRACTATUM HUCUSQUE INEDITUM DE DEO ET HOMINE, TRACTATULUM DE IRIDE, EPISTOLAS NONNULLAS INEDITAS, ET AD EAS VITAMQUE PHILOSOPHI COLLECTANEA.

CUM PHILOSOPHI CHIROGRAPHO EJUSQUE IMAGINE PHOTOGRAPHICA, EX ORIGINALI HOSPITIS H. VAN DER SPIJCK.

AMSTELODAMI
APUD FREDERICUM MULLER.
1862.

PRAEFATIO.

Novem circiter anni sunt, ex quo Ed. Boehmer, vir doctissimus, Halae ad Salam lineamenta edidit Tractatus Spinozani *de Deo et Homine*, quae autumno praecedente, nostras perambulans provincias, Amstelodami apud literatum illum bibliopolam, Fredericum Mullerum, vitae philosophi Colerianae exemplari adjuncta sibi acquisiverat. Non diu post idem ille bibliopola, in auctione publica, manuscriptum quendam librum inveniebat, versioni Belgicae Principiorum philosophiae Cartesianae additum, quem, accuratius inspectum, Belgicam versionem continere videbat ejusdem Spinozae Tractatus, seculo anteriore medio praeterlapso, manu nitissidime scriptam, cuique philosophi vita, ab eadem manu profecta piisque compilatoris observationibus munita, praemissa erat. Brevi post idem vir literatus in Orphanotropheo Teleiobaptistarum Amstellodamensi *de Oranje-appel* inscripto (antea eorum qui *Collegianten* audiunt, de quorum cum Spinoza familiaritate cf. *Collect.* § 4) manum injecit in nonnullas philosophi amicorumque epistolas autographas ibidem servatas. Duplicis hujus inventi ab eo certior factus, chartasque et librum evolvens quae mihi, ut inspicerem, miserat, epistolas illas partem esse earum vidi, quae operum Spinozae posthumorum editoribus ad manum fuere, ab iis vero nec omnes nec plerumque integrae editae sunt. Quod ad Tractatus versionem rem se habere intellexi, uti Mullero videbatur, eamque eadem nobis de Deo homineque integra exhibere capita, quorum Boehmerus lineamenta in lucem produxe-

rat. Jam et integrum Spinozae Tractatum publici juris facere admodum optabile visum est. Quamvis enim quod in Praefatione operum posthumorum de absconditis philosophi scriptis existimabatur, „nil in iis inventum iri, quod saepius in editis ejus scriptis dictum non sit", lectoribus forte videbitur etiam de nostro valere Tractatu, operae pretium tamen habebunt varios modos cognoscere, quibus Spinoza Ethicae suae principia, etsi — in doctrina praesertim de passionibus — minus adhuc elaborata professus est. In eodem autem Tractatu capitulum quoque illud de Diabolo extat cujus a Mylio in Bibliotheca Anonymorum mentio fit[1]. Quod vero ibidem additur Spinozam primum Belgice Ethicam conscripsisse minus recte dicitur, cum disertis verbis in annotatione ad Tractatum nostrum legatur illum Latine primum conscriptum, deinde vero Belgice redditum esse, cui assertioni nec quam plurimi contradicunt versionis Belgicae Latinismi. Tractatum edituro, cumque apud exteros Belgica fere non legantur, curae mihi esse debuit Latine eum vertere; quod eo facilius facere potui, quia alterum deinde mihi Belgicae versionis exemplar, a viro amplissimo amicissimo, elegantissimo poëta nostrate, Adriano Bogaers exhibitum est, quo hic illic, ubi Mullerianum minus clare se haberet, usus sum, cujusque et illa benevolae omnino manus annotatio est, de qua dicebam quamque ipsi Tractatus adscripsi titulo.

---

1 „Ethica, quae ab auctore *primum Batavorum sermone conscripta*, postea ab eodem in linguam Latinam traducta et methodo mathematica est disposita, omisso tamen quod in exemplari Hollandico manuscripto adhuc extare dicitur capite de Diabolo." *Bibl. anon.* p. 941, 6.

Quod ad alterum in Supplemento hocce Spinozae opusculum, Tractatulum de Iride, attinet, mirabuntur forte lectores librum de quo postremus operum editor affirmavit auctorem eum „sex mensibus ante obitum in ignem conjecisse" hic, salamandrae instar, intactum e flammis procedere; animadvertant autem, velim, combustionem illam, de qua hodie nullus dubitare videtur, ipsos philosophi amicos, posthuma ejus opera edentes, multo incertiorem habuisse. Scripserunt enim: „tractatulus de Iride, quem ante aliquot annos, ut quibusdam notum, composuit, *nisi eum igni tradiderit*, ut probabile est, *alicubi delitescit*." Quod vero ipsi probabilius tantum habuere, ab aliis autem — uti Colero Kortholtoque — tanquam res facti propositum fuit, locum non habuisse patet, tractatulumque econtra alicubi delituisse. Nec vero ineditum. Decimo enim anno ex quo ultima obierat auctor fata, Hagae-Comitum apud Lev. van Dijck sine nomine auctoris Belgice in lucem prodiit, illius fortasse cura cui Spinoza antea perlegendum dederat, quique mortuo philosopho retinuerat opusculum [1]. Unicum hucusque cognitum exemplar Fred[i]. iterum Mulleri diligentiae debemus, cui aliquot jam ante annos acquisitum fuit. Quod etsi Belgice procul dubio a philosopho conscriptum, exterorum praesertim causa, cum versione Latina hic edendum putavi. Rogo autem lectores benevolos, ut unum alterumque perlecturi opusculum corrigenda inspiciant sub calcem annexa. Quod ad Collectanea quae sequuntur, ad vitam et epistolas, sciant, quaeso, illam, de qua § 1 l. 9 et seq. legitur, inscriptionem

1 Idem puto ille I. v. M. cui Spinoza in epistola sua 43[a] quaestionem solvit arithmeticam.

TRACTATUS BREVIS

DE

DEO ET HOMINE EJUSQUE VALETUDINE.

(Primum Latine conscriptus a B. D. S. in usum discipulorum qui verae philosophiae sc. Ethicae studio se tradere cupiebant; nunc vero Belgice redditus veritatem virtutemque amantium in usum; ut aliquando eorum obteratur os, qui tantopere de hisce jactare soleant stercusque suum et immunditias simplicibus tanquam preciosa obtrudere, atque etiam ut calumniari desinant quod nondum capiunt: Deum sc. semet ipsos et mutuam suam valetudinem curare, et ut iis qui intellectu deficiunt benignitatis et tolerantiae spiritu, secundum Christi optimi nostri magistri exemplum, medeantur.)

KORTE VERHANDELING

VAN

GOD, DEN MENSCH, EN DESZELFS WELSTAND.

(Voor deze in de Latijnsche taal beschreven door B. D. S., ten dienste van sijne leerlingen, die zich wilden begeven tot de oeffeninge der zedekonst, de ware wijsbegeerte; en nu in de Nederduytsche spraak overgezet ten dienste van de liefhebbers van waarheid en deugd; opdat, die daarvan zoo breed opgeven, en hun drek en vuyligheid aan de eenvoudige voor amber de grys in de vuyst duwen, eenmaal de mond gestopt mogte werden, en ophouden te lasteren dat zy nog niet verstaan: *God, hun zelven, en malkanders welstand helpen in acht neemen*, en die krank in 't verstand zijn, door den geest der zachtmoedigheid en verdraagzaamheid genezen, na 't voorbeeld van den heer Christus, onzen besten leermeester.)

INDEX.

Pars Prima. De Deo.

Pars Secunda. De Homine ejusque valetudine.

REGISTER.

Eerste deel. Handelende van God.

Tweede deel. Handelende over den mensch en deszelfs welstand.

PARS PRIMA.

—

CAPUT PRIMUM.

QUOD DEUS SIT.

Quod ad id, quod Deus sit, hoc dicimus demonstrari posse:

I. *A priori:*

1. Omne quod clare et distincte intelligimus ad naturam[1] alicujus rei pertinere, hoc etiam vere ea de re affirmare possumus. Quod autem essentia ad Dei naturam pertineat, clare et distincte intelligere possumus. *Ergo* —

2. Rerum essentiae sunt ab omni aeternitate et manebunt immutabiles in aeternum. Dei existentia est essentia. *Ergo:*

—

1) I. e. naturam definitam, qua res est id quod est, et quod nullo modo, nisi re ipsa destructa, ab ea avelli potest, uti quod ad naturam montis pertineat vallis, quae nempe vere aeterna et immutabilis est et semper esse debet in montis idea, etsi mons ipsa nunquam fuerit vel sit.

EERSTE DEEL.

—

EERSTE HOOFDDEEL.

DAT GOD IS.

Belangende dit, dat 'er een God is, zulks zeggen wy te konnen beweezen worden:

I. Van voren, aldus:

1. Alles wat wy klaar en onderscheiden verstaan, aan de natuur [1]) van een zaak te behooren, dat konnen wy ook met waarheid van die zaak bevestigen.

Maar dat de weezendheid aan de natuur Gods behoort, konnen wy klaar en onderscheidendlijk verstaan.

Derhalven —

2. De weezendheden der zaaken zijn van alle eeuwigheid, en zullen in alle eeuwigheid onveranderlijk blijven.

De weezendlijkheid Gods is weezendheid.

Derhalven —

—

1) Verstaat: de bepaalde natuur, door welke de zake is dat ze is, en dat van haar in generlei wijze kan afgescheiden worden, zonder ook met een die oorzaak te vernietigen: als dat tot het weezen van een Bergh een Dal behoord; hetwelk warelijk eeuwig en onveranderlijk is, en altijd moet zijn in 't begrip van een Bergh, schoon hy nooit was of is.

II. *A posteriori:*

Si homo Dei ideam habet, Deus [1]) formaliter esse debet. Homo autem habet Dei ideam. *Ergo* —

Primum hac ratione demonstramus: Si Dei idea existit, ejus causa formaliter esse debet, et in se contineat oportet omne quod idea illa objective habet. Sed Dei idea existit. *Ergo* —

Ad Majorem hujus postremi syllogismi demonstrandam sequentes ponimus regulas:

1. Res cognoscibiles este infinitas.
2. Intellectum finitum infinitum comprehendere non posse.

3. Intellectum finitum a se ipso, nisi ab aliqua re externa determinetur, nil posse intelligere; quia, uti non habeat potentiam omnia simul intelligendi, sic nec poten-

---

1) Ex descriptione, quae in Cap. 2 sequitur, quod Deus habeat attributa infinita, existentiam ejus ita demonstrare possumus:

Omne quod clare et distincte videmus pertinere ad rem aliquam, vere de illa re affirmare possumus. Sed ad naturam entis, quod habet infinita attributa, pertinet attributum *esse*. *Ergo* —

Ad hoc si quis dicere vellet, hoc de idea rei non vero de re ipsa affirmare, false diceret, nam idea non existit materialiter attributi quod ad ens illud pertinet, itaque id quod affirmatur nec rei nec illius est quod de re affirmatur; ita ut inter ideam et illius ideatum magna sit differentia, et igitur illud, quod affirmatur de re, non de idea affirmatur et vice versa.

II. Van achteren aldus:

Indien de mensch een denkbeeld van God heeft zoo moet God [1]) formelijk zijn.

Maar de mensch heeft een denkbeeld van God.

Derhalven —

Het eerste bewijzen wy aldus:

Als 'er een denkbeeld van God is, zoo moet de oorzaak deszelfs formelijk zijn, en in zich vervatten alles wat dat denkbeeld voorwerpelijk heeft.

Maar daar is een denkbeeld van God.

Derhalven —

Om het eerste deezes Bewijsreedens te toonen, zoo stellen wy de volgende grond-reegelen:

1. Dat de kennelijke dingen oneindelijk zijn.

2. Dat een eindig verstand het oneindige niet kan begrijpen.

3. Dat een eindig verstand door zich zelfs, 't en zij het van iet van buyten bepaald wordt, niet en kan verstaan: om dat, gelijk het geen magt heeft alles gelijkelijk te verstaan, alzoo weinig heeft het ook magt om te konnen dit

---

1) Uyt de beschrijving hierna, in 't 2de Hoofdd., van dat God oneindige eigenschappen heeft, konnen wy zijn weezendlijkheid aldus bewijzen:

Al wat wy klaar en onderscheiden zien tot de natuur van een zaak te behooren, dat konnen wy ook met waarheid van die zaak bevestigen.

Maar aan de natuur van een weezen dat oneindige eigenschappen heeft, behoort een eigenschap welke is *zijn*.

Derhalven —

Hierop nu te zeggen: Dat is wel bevestigend van het denkbeeld, maar niet van de zaak zelfs, is vals; want het denkbeeld bestaat niet stoffelijk van de eigenschap die tot dit weezen behoort; alzoo het geene bevestigd wordt en is noch van de zaak, noch van dat gene 't welk van de zaak bevestigd wordt; alzoo, dat tusschen het denkbeeld en zijn gedenkbeelde een groot onderscheid is: en daarom dat gene dat men bevestigt van de zaak, dat en bevestigt men niet van het denkbeeld; en dus over en weder.

tiam habet hoc potius quam illud intelligere incipiendi. Cum igitur nec unum nec alterum possit, nil potest.

Major sic demonstratur: Si hominis fictio sola causa esset ejus ideae, non posset aliquid intelligere. Sed aliquid intelligere potest. *Ergo* —

Deinde cum per primam regulam res cognoscibiles infinitae sint, et per secundam intellectus finitus non omnia possit comprehendere, perque tertiam non habeat potentiam hoc potius quam illud intelligendi, impossibile esset, ut, nisi a rebus externis determinatus. aliquid intelligere posset.

Porro, dicere illam ideam fictionem esse falsum est, nam impossibile est illam ideam habere nisi existat, quod hîc demonstratur; ad quod hoc addimus: Verum est, quod de idea, quae nobis primum de aliqua re advenit, et ita in abstracto a nobis generaliter spectatur, deinde in intellectu nostro plures particularitates fingemus, quibus tum etiam plura alia et ab aliis rebus abstracta attributa affingere possumus; sed hoc fieri nequit, nisi primum res ipsa, a qua abstracta sunt, cognita fuerit. Sed posito hanc ideam fictionem esse, et omnes aliae ideae, quas habemus [1]),

---

1) Aliae ideae esse possunt, non vero necesse est ut sint, quarum vero, sint vel non sint, essentia semper necessaria est, uti ideae trianguli et amoris in animo sine corpore, etc. ita ut, etsi primum putarem me illas finxisse, tamen deinde cogerer dicere illas non minus

eer als dat, of dat eer als dit te beginnen, of aanvangen te verstaan. Het eerste dan, noch het tweede niet konnende, zoo en kan het niets.

Het eerste of meerdere wordt aldus beweezen:

Indien de vercieringe van den Mensch alleen oorzaak van zijn denkbeeld was, zoo zoude het onmogelijk zijn dat hy iet zou konnen begrijpen.

Maar hy kan iets begrijpen.

Derhalven —

Wijders, wijl volgens de eerste grondregel, de kennelijke dingen oneindelijk zijn, en volgens de tweede grond-regel het eindige verstand niet alles kan begrijpen, en het zelve volgens de derde grondregel geen magt heeft om dit eerder als dat, en dat eerder als dit te verstaan, zoo zou, indien het door geen uyterlijke dingen daar toe wierd bepaald, 't onmogelijk zijn dat het iet zoude konnen verstaan.

Vorders te seggen, dat dit denkbeeld eene verciering is, dat is ook vals; want het is onmooglijk die te hebben, zoo ze 'er niet en is; en dit wordt hier nu getoond, daar wy dit noch by doen: Het is wel waar, dat wy van een denkbeeld dat ons eenmaal eerst van een zaak is aangekomen, en zoo in 't afgetrokken aangemerkt van ons algemeen zijnde, daar na van het zelve, in ons verstand veele bizonderheden worden vercierd, die wy dan ook veele andere en van andere zaaken afgetrokken eigenschappen konnen toedigten. Maar dit is onmogelijk te doen, zonder al-vorens de zaake zelfs, van welke zy afgetrokken zijn, gekend te hebben. Doch eens gesteld zijnde, dat dit denkbeeld een verciersel is; zoo moeten dan alle [1]) andere denk-

1) *Andere Denkbeelden wel* mogelijk, maar niet noodzaakelijk dat zy zijn: van welke nochtans of ze zijn of niet zijn haar weezen altijd noodzaakelijk is; als van het denkbeeld van een Drie-hoek, en die van de liefden in de ziel zonder 't Lichaam, enz.; alzoo dat schoon ik dagt, dat ik die vercierd hadde, daarna nochtans gedwongen worde

lius mutari posse [1]), cum sit perfectum, quod tum non esset; vel etiam quod non possit subjectum esse ab aliqua re externa, cum omnipotens sit.

Ex omnibus illis clare sequitur, quod tam *a priori*, quam *a posteriori* demonstrari possit Deum esse. Imo melius etiam *a priori* quam *a posteriori;* res enim, quae ita demonstrantur, per externas suas causas demonstrari debent, quod in iis imperfectio aperta est, quippe quae se ipsae non patefacere possint solumque ex causis extraneis patefiant. Sed Deus, causa prima omnium rerum et etiam causa sui. se per se ipse patefacit. Quare non multum refert Thomae ab Aquino dictum. Deum non a priori demonstrari posse, quippe qui non habeat causam.

---

1) Causa illius mutationis esse deberet vel extra eam vel in ea. Non vero extra eam est, nam nulla substantia, quae, uti illa, a se ipsa est, ab aliqua re extra eam pendet, nec igitur mutationi ab ea subjecta est. Nec etiam in ea est, nam nulla res, eoque minus haec, suam vult destructionem; omnis destructio extrinsecus fit. Porro quod non esse possit substantia finita inde patet, quod tum necessario aliquid haberet, quod a nihilo haberet; quod fieri nequit; unde enim illud haberet in quo a Deo differt? Saltem non a Deo; nam hic nil imperfecti vel finiti habet: *ergo* unde nisi a nihilo?

iets beeters niet en kan veranderen [1]), aangezien het volmaakt is, hetwelk het alsdan niet en zoude zijn; of ook dat het zulks niet kan onderworpen zijn door iet dat van buyten komt, nadien dat 't almachtig is, enz.

Uyt dit alles dan volgt klaarlijk, dat men zoo van vooren als van achteren bewijzen kan dat God is. Ja, noch beeter van vooren als van achteren; want de dingen die men als zodanig bewijst moet men door haar uyterlijke oorzaken betoonen: het welke in haar een openbare onvolmaaktheid is, als dewelke hun zelven door hun zelven niet en konnen te kennen geeven, maar alleen door uyterlijke oorzaken. Doch God, de eerste oorzaak aller dingen, en ook de oorzaak zijns zelfs, die geeft hem zelven te kennen door zich zelven. Weshalven niet veel van belang is het zeggen van Thomas de Aquinas, namendlijk dat God *a priori* niet zou konnen bewezen worden, en dit juyst om dat Hy geene oorzaak heeft.

---

1) De oorzaak van deeze verandering zoude moeten zijn van buyten, of in haar. Niet van buyten; want geen zelfstandigheid, die als deeze door zich zelf is, hangt van iet buyten hem af, en is derhalven geen verandering daar van onderworpen. Ook niet in haar; want geen zaak, veel minder deeze, wil zijn zelfs verderf: alle verderf is van buyten aankomende. Wijders dat 'er geen bepaalde zelfstandigheid kan zijn is hier uyt klaar, om dat ze als dan noodzakelijk iet zou moeten hebben dat ze van het niet had: 't welk onmogelijk is; want van waar heeft ze dat daar in ze van God verschilt? altoos niet van God; want die heeft niets onvolmaakt of bepaald, enz. ergo dan van waar, als van 't Niet?

CAPUT SECUNDUM.

QUID SIT DEUS.

Postquam jam demonstravimus Deum esse, nunc ostendere oportet quid sit Deus. Esse autem eum dicimus ens, de quo omnia sive infinita attributa dicuntur [1]), quorum attributorum unumquodque in suo genere infinite perfectum est.

Ut igitur sententiam nostram hac de re distincte exprimamus, quatuor sequentia praemittimus:

1. Non esse substantiam finitam, sed omnem substantiam in suo genere infinite perfectam esse debere, scil. quod in Dei intellectu infinito nulla substantia perfectior esse possit, quam quae jam in natura existit.

2. Non esse duas substantias sibi pares.
3. Unam substantiam alteram non posse producere.

4. In Dei infinito intellectu non esse substantiam, quam quae sit formaliter in natura. [2])

---

1) Causa est, quod cum Nihil nulla attributa habere possit, Omne omnia attributa habere debet; et uti Nihil nulla attributa habet, quia nihil est, sic aliquid quaedam habet attributa quia aliquid est, et igitur quantum plus sit, tanto plura attributa habere debet. Hinc Deus, qui est perfectissimus, infinitus sive omnia, infinita, perfecta et omnia attributa habere debet.

2) Cum igitur nulla sit substantia finita, omnis substantia infinite ad ens divinum pertinere debet. Quod sic demonstratur: 1. enim vel se ipsa determinare debet; 2. vel ab alio determinari debuit. Non autem se ipsa determinare potest, quia, cum primum infinita fuerit, omnem suam naturam

TWEEDE HOOFD-DEEL.

WAT GOD IS.

Na dat wy nu als boven beweezen hebben *dat God is*, zoo zal het nu tijd zijn om te toonen *wat hy is*. Namendlijk hy is, zeggen wy, een Weezen van de welke alles ofte oneindelijke eigenschappen gezegd worden [1]), van welke eigenschappen een ieder deszelfs in zijn geslagt oneindelijk volmaakt is.

Om dan nu onze meeninge in deezen klaar uyt te drukken, zullen wy deeze vier navolgende dingen voor af zeggen:

1 Dat er geen bepaalde zelfstandigheid is, maar dat alle zelfstandigheid in zijn geslagt oneindelijk volmaakt moet zijn; te weeten, dat in het oneindige verstand Gods geen zelfstandigheid volmaakter kan zijn als die alreeds in de natuur is.

2. Dat 'er geen twee gelijke zelfstandigheden zijn.

3. Dat de eene zelfstandigheid de ander niet kan voortbrengen.

4. Dat 'er in het oneindelijke verstand Gods geen zelfstandigheid is', als die formelijk in de natuur is. [2])

---

1) De reeden is om dat het Niet geen eigenschappen konnende hebben, het Al dan alle eigenschappen moet hebben: en zoo dan 't Niet geen eigenschappen hebbende, om dat het niets is, zoo heeft het Iet eigenschappen om dat het iets is; en derhalven hoe hy meer iet is, hoe hy meer eigenschappen hebben moet. Dienvolgende dan, God de volmaaktste, de oneindige, of alle iet zijnde, zoo moet hy oneindige volmaakte en alle eigenschappen hebben.

2) Konnende dan bewijzen, dat 'er geen bepaalde zelfstandigheid kan zijn, zoo moet dan alle zelfstandigheid onbepaald aan 't Godlijk weezen behooren. Dit doen wy aldus: of 1. ze moet haar zelf bepaalen; of 2. haar moet een ander bepaald hebben. Zy kan haar zelf niet bepaalen; want onbepaald geweest zijnde, zou zy haar geheel weezen

Quod ad 1. non existere substantiam fin. etc., si quis contrarium sustineret eum rogamus, nimirum: num ista substantia igitur a se determinata sit, nempe quod se ita determinatam nec infinitam reddere voluerit? An num talis sit per causam suam, quae causa nihil amplius ei dare vel potuerit vel voluerit? — Primum verum non est, quia fieri non potuit, quod substantia se ipsa determinare voluerit, et quidem talis substantia, quae de se ipsa exsisteret. Dico igitur illam per causam suam determinatam esse, quae causa necessario est Deus. Porro, si per causam suam determinata est, hoc sit oportet, vel quia causa illa nihil amplius dare potuit vel voluit [1]. Quod nihil amplius dare potuerit ejus

---

mutare debuisset. Nec vero ab alio determinata fuit, nam illud vel determinatum vel infinitum esse debet; non autem primum, igitur alterum; ergo est Deus. Hic igitur debuisset determinare, quia vel potentia vel voluntas ei defuisset; primum autem est contra ejus omnipotentiam, alterum contra ejus benignitatem. Nulla igitur substantia nisi infinita. Unde sequitur non duas existere posse substantias aequales et infinitas; his enim positis, necessario adesset determinatio. Et ex his rursus sequitur unam substantiam alteram non posse producere, eo modo: Causa quae substantiam illam produceret, debet habere eadem attributa quae producta illa, vel plura vel pauciora; non vero primum, tunc enim duae existerent sibi pares; nec alterum, nam tunc una finita esset; nec etiam tertium, nam ex nihilo nihil fit. Porro si ex infinita nasceretur finita, causa etiam finita fieret. Igitur una substantia alteram producere nequit; et hinc iterum sequitur omnem substantiam formaliter esse debere, nisi enim esset, nasci nequeret.

1) Dicere, quod natura rei illud juberet, nec igitur alio modo existere posset, nihil efficit; nam natura rei nihil jubere potest nisi existat.

Wat dan aangaat het 1ste, namendlijk dat 'er geen bepaalde zelfstandigheid is, enz: zoo iemand het teegendeel deszelfs zou willen staande houden, die vragen wy aldus, te weeten: of deeze zelfstandigheid dan bepaald is door zich zelfs, namendlijk dat ze zich zelfs zoodanig bepaald en niet onbepaalder heeft willen maken? dan of zy zoodanig is door haar oorzaak, welke oorzaak haar niet meer heeft kunnen of willen geven? Niet het eerste is waar, om dat het niet mogelijk is, dat een zelfstandigheid zich zelfs zou hebben willen bepaalen, en dat zoo een zelfstandigheid die door zich zelf geweest is. Derhalven dan, zeg ik, is ze door haar oorzaak bepaald; welke noodzakelijk God is. Verders, indien ze nu door haar oorzaak bepaald is, zoo moet dat zijn, of omdat die oorzaak niet meer heeft konnen geeven; of omdat die niet meer heeft willen geven [1]. Dat

---

moeten veranderd hebben. Van een ander is ze ook niet bepaald; want die moet zijn bepaald, of onbepaald; niet het eerste, derhalven dan het laatste; en dieshalven is 't God. Deeze dan zou moeten bepaald hebben, of om dat 't hem aan de magt of aan de wil ontbrak: maar het eerste is teegen de almagtigheid, het tweede teegen de goedheid; en derhalven geen zelfstandigheid als onbepaald. Waar uyt volgt, dat 'er geen twee gelijke onbepaalde zelfstandigheeden konnen zijn, want deeze stellende is 'er noodzakelijk bepaling. En uyt deeze volgt wederom, dat d' eene zelfstandigheid de ander niet kan voortbrengen, aldus: de oorzaak die deeze zelfstandigheid zou voortbrengen moet hebben de zelve eigenschappen van deeze voortgebragte, of meerder, of minder; niet het eerste, want dan waren er twee gelijken; niet het tweede, want dan was 'er een bepaalde; niet het derde, want van 't niet en komt geen iet; ten andere als van de onbepaalde een bepaalde kwam, zoo wierd de oorzaak ook bepaald, enz. derhalven en kan de eene zelfstandigheid de andere niet voortbrengen. En uyt dit volgt al weeder, dat alle zelfstandigheid formelijk moet zijn; want niet zijnde is 'er geen moogelijkheid om te konnen komen.

1) Hier op te zeggen, dat de natuur van de zaak zulks vereischten, en derhalven niet anders konde zijn, is niets gezegd; want de natuur van een zaak kan niets vereischen, als ze niet en is. Zegt gy, dat

omnipotentiae contrarium esset; quod noluerit quamquam potuisset, invidia videretur, quae in Deo, qui est omnis benignitas et plenitudo, omnino non existit.

Quod ad 2., non existere duas substantias aequales, demonstramus inde, quod unaquaeque substantia in genere suo perfecta sit; si enim duae aequales essent, necessario una alteram determinaret nec igitur infinita esset, uti in precedentibus jam demonstravi.

Quod ad 3., nempe quod una substantia alteram producere nequeat, siquis iterum contrarium sustineret, rogamus: num causa quae substantiam istam produceret, eadem haberet attributa ac productum ejus, an minus? Non postremum, nam ex nihilo nihil nasci potest; igitur primum. Et tunc iterum rogamus: num in eo attributo, quod causa hujus producti esset, eadem perfectio vel minor vel major sit quam in producto illo? Minor esse nequit propter causas antea

---

Si dicas videri tamen posse, quid ad rei alicujus naturam pertineat, quae non existit, hoc verum est quod ad existentiam, non vero quod ad essentiam. Et hoc interest inter *creare* et *generare; creare* est constituere aliquam rem per utramque existentiam et essentiam, *generare* autem significat rem tantum quod ad existentiam nasci; quare hodie in natura non creatio sed generatio tantum adest: itaque cum Deus creat, naturam rei cum re ipsa simul creat. Essetque igitur invidiosus, si, bene potens nec tamen volens, rem ita creasset, ut cum causa ejus non conveniret in essentia et existentia. Sed id quod hic *creare* dicimus, proprie non dici potest unquam factum esse, estque tantum ad ostendendum quid, distinguentes inter *creare* et *generare*, de utroque dicere possimus

hy niet meer zou hebben konnen geeven, zou strijden tegen zijn almachtigheid. Dat hy niet meer zou hebben willen geeven, aangezien hy wel konde, smaakt na wangunst: welke in God, die alle goed en volheid is, geenzins en is.

Het 2de belangende, dat 'er geen twee gelijke zelfstandigheeden zijn, bewijzen wy, om dat ieder zelfstandigheid in zijn geslagt volmaakt is: want zoo 'er twee gelijken waaren, zoo moest noodzakelijk den een den ander bepaalen, en dienvolgende niet oneindig zijn, gelijk ik al voor deezen beweezen heb.

Nopende dan het 3de, te weeten, dat de eene zelfstandigheid de andere niet kan voortbrengen, zoo weederom iemand het teegendeel zou willen staande houden, die vragen wy: of de oorzaak, die deeze zelfstandigheid zou voortbrengen, de zelve eigenschappen van het voortgebragte heeft, of niet en heeft? Niet het laatste; want van het niet en kan geen iet komen. Derhalven dan het eerste. En dan vragen wy weeder, of in die eigenschap, die oorzaak zou zijn van dit voortgebragte, eeven zoo veel volmaaktheid is? of dat er minder, of dat 'er meerder in is als in dit voortgebragte? Minder kan 'er niet in zijn, om reeden te vooren

---

men nochtans kan zien wat tot de natuur van een zaak behoort die niet en is: dat is waar na 'r weezendlykheid, maar niet na de weezendheid. En hier in is het onderscheid tusschen scheppen en teelen. Scheppen is een zaak te stellen, beide na weezendheid en weezendlijkheid: maar Teelen is dat een zaak voortkomt na deszeifs weezendlykheid alleen; en daarom is er nu in de natuur geen Scheppen, maar alleen Teelen. Zoodat dan als God schept, zoo schept hy de natuur van de zaak met de zaak te gelijk. En zoo zoude hy dan wangunstig zijn, zoo hy wel konnende, maar niet en willende, de zaak zoodanig had geschapen, dat ze met haar oorzaak in weezendheid en weezendlykheid niet zou overeenkomen. Doch 't geen wy hier Scheppen noemen, en kan eigendlijk niet gezegd worden ooyt geschied te zijn, en is maar om aan te wyzen wat wy, tusschen Scheppen en Teelen onderscheid stellende, daarvan konnen zeggen.

nis redditas; nec etiam major, quia tunc altera illa finita esset, quod contrarium est ei quod jam a nobis fuit demonstratum. Igitur eadem, et ita aequalis esset utraque vel duae substantiae aequales, quod clare pugnat cum demonstratione nostra priore. Porro illud quod creatum est, nullo modo e nihilo natum est, sed necessario ab eo, qui essentialis est, creatum esse debuit; quod autem ex eo aliquid natum esset, quod ipse non minus haberet, postquam ex eo natum fuerit, hoc intellectu nostro capere nequimus. Tandem si substantiae causam, quae principium est eorum quae ex attributo ejus proveniunt, quaerere volumus, iterum nobis quaerenda est causa illius causae, et tum iterum hujus causae causa, et sic in infinitum. Ut, si nobis alicubi necessario haerendum et requiescendum erit, hoc fiat in una illa substantia.

Quod ad 4., quod non sint substantia vel attributa in Dei infinito intellectu, quam quae sint formaliter in natura, hoc demonstramus: 1. ex Dei potentia infinita, quia in eo causa esse nequit, qua moveri posset unum prius vel potius quam alterum creare; 2. ex simplicitate voluntatis ejus; 3. quia id quod bonum est facere omittere nequit, uti postea demonstrabimus; 4. quia id quod nondum est, nunquam esse potest, cum una substantia alteram producere nequeat. Ex quibus omnibus sequitur, quod de natura omnia in omnibus dicuntur, et quod ita natura consistit ex infinitis attributis, quorum unumquodque in genere suo perfectum sit; quod ab omni parte respondit definitioni quae de Deo fit. —

Contra illud, quod jam diximus, nimirum nihil esse in Dei infinito intellectu nisi quod formaliter existat in natura, nonnulli sic disputare volunt:

gegeeven. Meerder ook niet, om dat alsdan deeze tweede bepaald zou zijn; het welk strijdt teegen 't geene nu al van ons beweezen is. Derhalven eeven zoo veel; en dus zijn zij dan gelijk, of twee gelijke zelfstandigheden: klaarlijk strijdig met ons voorige bewijs. Verder, het geen geschapen is, is geenzins voortgekomen van het niet, maar moet noodzakelijk van hem die weezendlijk is geschapen zijn: maar dat van hem iets zoude voortgekomen zijn, welk iets hy alsdan niet zou minder hebben, na dat het van hem voortgekomen is, zulks konnen wy met ons verstand niet begrijpen. Eindelijk zoo wy de oorzaak der zelfstandigheid, die het beginsel dier dingen is welke uyt haare eigenschap voortkomen, willen zoeken; zoo staat ons dan al weederom te zoeken de oorzaak van die oorzaak, en dan weeder de oorzaak van die oorzaak, en dus tot in het oneindige. Zoo dat indien wy ergens noodzakelijk moeten stuyten en rusten, het is op deeze een eenige zelfstandigheid.

Ten 4de, dat 'er geene zelfstandigheid of eigenschappen in het oneindelijke verstand Gods zijn, als die formelijk in de natuur zijn, dat bewijzen wy 1. uyt de oneindelijke magt Gods, om dat in hem geen oorzaak kan zijn, door welke hy zou konnen bewogen worden, het eene eerder of meerder als 't andere te scheppen; 2. uyt de eenvoudigheid van zijn wil; 3. om dat hy 't geen goed is niet kan nalaaten te doen, gelijk wy hier na zullen bewijzen; en 4. om dat het geen 't welk nu niet is, onmogelijk kan in weezen komen, dewijl de eene zelfstandigheid de andere niet kan voortbrengen. Uyt alle deeze dan volgt, dat van de natuur alles in allen gezegd word, en dat alzoo de natuur bestaat van oneindelijke eigenschappen, van de welke een ieder deszelfs in zijn geslagt volmaakt is: het welk ten eene maale over een komt met de beschrijving die men van God geeft. —

Teegen het geen wy nu gezegd hebben, namendlijk dat 'er geen ding in het oneindelijke verstand Gods is, als 't geene formelijk in de natuur is, willen eenige dus twistreedenen:

Si Deus omnia creavit non amplius creare posset. Sed quod non amplius creare posset, pugnat cum ejus omnipotentia; *ergo* —

Quod ad primum, concedimus Deum non amplius creare posse, et quod ad secundum dicimus nos confiteri, nisi Deus omne creare posset quod creabile est, hoc cum ejus omnipotentia pugnare, sed nullo modo si nihil posset creare quod sibi contradicit, uti dicere quod omnia creaverit et tamen plura etiam creare posset. Certe multo major perfectio in Deo est, quod omnia quae in intellectu suo infinito fuerint, creaverit, quam non creaverit, vel nunquam creare potuisset. Cur autem tot hac de re? Nonne ex Dei omniscientia ipsi sic argumentare debent: Si Deus est omnisciens, nil amplius scire potest; sed quod Deus nil amplius sciret, pugnat cum perfectione ejus; *ergo* — Si vero Deus omnia in intellectu suo infinito habet, nec ex infinita ejus omniscientia plura scire possit, cur igitur dicere non possumus quod etiam omnia, quae in intellectu suo habuit, produxerit et effecerit, ut et in natura formaliter sint vel essent?

Quia igitur scimus omnia simul esse in Dei intellectu infinito, nec esse causam cur unum prius vel potius quam alterum creavisset, et omnia uno temporis momento producere potuisset, videamus jam, an non contra ipsos arma adhibere possimus, quibus contra nos utuntur, et quidem hac ratione:

Si Deus nunquam tantum creare potest, quin et plura creare posset, nunquam creare potest quod potest creare.

Sed quod creare nequeat quod creare potest, secum pugnat. Ergo —

Indien God alles geschapen heeft, zoo kan hy niet meer scheppen. — Maar dat hy niet meer zou konnen scheppen, strijdt teegen zijn almogendheid. — Derhalven —

Het eerste belangende, wy staan toe, dat God niet meer kan scheppen. En wat het tweede aangaat, zeggen wy dat wy bekennen, indien God niet alles zou konnen scheppen wat scheppelijk is, dat zulks zou strijden teegen zijn almogendheid: maar geenzins indien hy niet zou konnen scheppen 't geen in zich zelf strijdig is; gelijk het is te zeggen, dat hy alles geschapen heeft, en echter noch meer zou konnen scheppen. Zeeker, het is een veel grooter volmaaktheid in God, dat hy alles 't geen in zijn oneindelijk verstand was geschapen heeft, als dat hy het niet zou geschapen hebben, noch nooyt zou hebben konnen scheppen. Doch waarom hier zoo veel van gezegd? en moeten zy uyt Gods alweetendheid niet aldus zelve redeneeren: indien God alweetende is, zoo en kan Hy niet meer weeten; maar dat God niet meer kan weeten strijdt teegen zijn volmaaktheid; derhalven. — Doch indien God alles in zijn verstand heeft, en door zijn oneindelijke volmaaktheid niet meer weeten kan, wel waarom dan en konnen wy niet zeggen, dat hy ook alles wat hy in zijn verstand had heeft voortgebragt, en gemaakt dat 'et formelijk in de natuur is of zou zijn?

Dewijl wy dan nu weeten dat alles gelijkelijk in het oneindig verstand God is, en dat 'er geen oorzaak is, waarom hy dit eerder of meerder als dat zou geschapen hebben, en alles in een oogenblik kon hebben voortgebragt, zoo laat ons dan eens zien of wy niet teegen haar een en dezelve wapenen konnen gebruyken die zy teegen ons aannemen; aldus namendlijk:

Indien God nooyt zoo veel kan scheppen, of hy zou noch meerder konnen scheppen, zoo kan hy nooyt scheppen 't geen hy kan scheppen:

Maar dat hy niet kan scheppen 't geene hy kan scheppen is strijdig teegen zich zelven. Derhalven —

Causa igitur dicendi, quod omnia ista attributa, quae in natura sunt, non nisi una sint substantia nec diversae (quippe quas inter se distinguere et distincte concipere possimus) sunt sequentes:

1. quia jam prius invenimus existere debere ens infinitum et perfectum, per quod nihil aliud intelligi potest, nisi tale de quo omnia in omnibus dici debent. Quid enim! enti quod essentiam aliquam habet, attributa poni debent, et quanto plus essentiae ei adscribitur, tanto plura attributa ei adscribi debent; itaque ubi ens est infinitum et attributa ejus infinita esse debent: et hoc ipsum est quod dicimus ens infinitum.

2. Propter unitatem, quam ubique in natura videmus, in-qua si existerent plura talia entia, unum cum altero omnino non uniri posset [1].

3. Quia, uti jam vidimus quod una substantia alteram producere nequeat, nec etiam, si talis substantia non est, possit esse incipere [2]), attamen videmus, quod in

---

1) I. e. Si diversae essent substantiae, quae non ad unicum quoddam ens referrentur, unio fieri nequeret, quia clare videmus eas nullam habere interse communionem, uti cogitationem et extensionem e quibus tamen consistimus.

2) I. e. Si nulla substantia nisi existens essé possit, nec tamen existentia ex ejus essentia sequatur, cum seorsim concipitur, sequitur eam non esse aliquid per se, sed aliquid (i. e. attributum) aliuscujusdam esse debere i. e. entis unici vel universi. Vel etiam ita: omnis substantia est existens, nec existentia ullius substantiae in se conceptae ex ejus essentia

De reeden dan, om de welke wy gezegd hebben, dat alle deeze eigenschappen die in de natuur zijn, maar een enig weezen en geenzins verscheiden bennen (want wy die den eene zonder d' andere klaar en onderscheiden konnen verstaan), die zijn deeze:

1. Omdat wy nu al vooren gevonden hebben, dat 'er een oneindig en volmaakt weezen moet zijn, door het welke niet anders en kan verstaan worden, als zoodanig een weezen van 't welke alles in allen moet gezegd worden. Want hoe! aan een weezen, 't welk eenige weezendheid heeft, moeten eigenschappen gevoegd worden, en zoo veel weezendheid als men het meer toeschrijft, zoo veel meer eigenschappen moet men het ook toeschrijven; en gevolglijk, zoo het weezen oneindig is, zoo moeten ook zijne eigenschappen oneindig zijn: en eeven dat is 't dat wy een oneindig weezen noemen.

2. Om de eenheid die wy al-om in de natuur zien, in de welke [1]) zoo 'er verscheide weezens waaren, zoo en konde de eene met den andere onmogelijk niet vereenigen.

3. Omdat wy, gelijk wy nu al hebben gezien dat de eene zelfstandigheid den ander niet kan voortbrengen, noch ook, dat zoo een zelfstandigheid niet is, het onmogelijk is dat ze zoude beginnen te zijn [2]), nochtans zien dat in geen zelf-

—

1) Dat is, zoo er verscheiden zelfstandigheden waaren, die niet tot een eenig wezen betrokken wierden, zoo dan was de vereeniging onmogelijk, om dat wy klaarlijk zien dat ze in 't geheel geen gemeenschap t' zamen hebben, als denking en uitbreiding, waarvan wy nochtans bestaan.

2) Dat is, indien geen zelfstandigheid kan zijn als weezendlijk, en nochtands geene wezendlijkheid volgt uyt haar weezendheid, wanneer ze afgescheiden begrepen word, zoo volgt, dat ze niet iets bizonders, maar iets, dat is een eigenschap, moet zijn van een ander, namendlijk het een alleenig of al-weezen. Of aldus: alle zelfstandigheid is weezendlijk, en geen weezendlijkheid van eenige zelfstandigheid op zich zelf begrepen

nulla substantia (quam nihilominus scimus in natura esse) seorsim concepta, aliqua sit necessitas ut formaliter existat, propterea quod nulla existentia ad ejus particularem essentiam pertineat; hinc necessario sequi debet, quod natura quae nullis de causis fit, et quam tamen esse scimus, ens perfectum debet esse ad quod existentia pertinet.

Ex omnibus, quae huc usque diximus, patet nos extensionem habere Dei attributum; quod vero in ente perfecto nullo modo fieri posse videtur. Cum enim extensio divisibilis sit, ens illud perfectum ex partibus consisteret, quod ad Deum quippe ens simplex referri nequit. Praeterea extensio, quando dividitur, patiens est, quod etiam in Deum, quippe non passivum, nec qui ab alio pati possit, cum omnium prima causa efficiens sit, cadere nequit.

Ad quod respondemus: 1. partem et totum non esse entia vera vel actualia, sed tantum entia rationis; quamobrem in natura [1]) nec totum nec partes sunt.

---

sequitur; nulla igitur substantia existens per se concipi potest, sed ad aliud quid pertinere debet; i. e. intellectu nostro concipientes cogitationem et extensionem subst., eam non concipimus nisi in essentia ejus non in existentia; i. e. quod existentia ejus necessaria ad ejus naturam pertinet. Sed quia demonstramus eam attributum Dei esse, inde demonstramus a priori eam esse; et a posteriori, quod ad extensionem solam, ex modis, quippe qui necessario hoc tamquam subjectum habere debeant.

1) In Natura i. e. in extensione substantiali, nam illa divisa, natura ejusque essentia omnino destruitur, quippe quae solum consistit in eo quod sit extensio infinita vel, quod idem est, totum infinitum.

standigheid (die wy niet te min weeten dat in de natuur is), afzonderlijk begreepen zijnde, eenige noodzakelijkheid is om weezendlijk te zijn, aangezien geen weezendlijkheid aan haar bizondere weezendheid behoord: zoo moet dan noodzakelijk volgen, dat de natuur welke van geen oorzaken komt, en die wy nochtans wel weeten dat 'er is, een volmaakt weezen moet zijn, aan de welke weezendlijkheid toe behoort.

Uyt dit alles dan, dat wy dus verre gezegd hebben, blijkt dat wy de uytgebreidheid stellen een eigenschap van God te zijn; welke in een volmaakt weezen geenzins schijnt te konnen vallen. Want nademaal de uytgebreidheid deelbaar is, zoo zou het volmaakte weezen alsdan uyt deelen bestaan: 't welke aan God geheel niet kan worden toegepast, dewijl hy een eenvoudig weezen is. Daar 'n boven, als de uytgebreidheid word gedeeld zoo is ze lijdende; dat ook geenzins in God, als die onlijdelijk is, en van geen ander lijden kan, nadien hy van alles de eerste werkende oorzaak is, kan plaats hebben.

Waar op wy antwoorden: 1. dat deelen geheel geen waare of dadelijke weezens, maar alleen weezens van reeden zijn: en dienvolgende zijn [1]) in de natuur noch geheel, noch dee-

---

volgt uyt zijn weezen; derhalve dan geen weezendlijke zelfstandigheid kan op zich zelf worden begreepen, maar moet tot iet anders behooren; dat is, met ons verstand de zelfstandige denking en uytbreidinge verstaande, zoo verstaan wy die niet als in haar weezen, en niet in haar weezendheid; dat is dat haar weezendheid noodzakelijk aan haar weezen toebehoort. Doch om dat wy bewijzen dat ze een eigenschap van God is, daaruyt bewijzen wy van vooren dat ze is; en van achteren, ten aanzien van de uitgebreidheid alleen, uyt de wyzen, als die noodzakelijk dit tot haar onderwerp moeten hebben.

1) In de natuur, dat is: in de zelfstandige uytgebreidheid; want die gedeeld wordende zoo wordt haar natuur en weezen t' eenemaal vernietigd, als die alleen bestaat in 'n oneindige uitgebreidheid of geheel te zijn, dat het zelfde is.

2. Res quae ex diversis partibus composita est, talis esse debet, ut partes ejus singulae separatim concipi vel intelligi possint: uti e. gr. in horologio, quod ex diversis rotis et funibus compositum est; ubi quaeque rota et funis separatim concipi et intelligi potest, nec tamen totum, uti compositum est, adhibi necesse est. Eadem ratione in aqua, quae constat particulis rectis et oblongis, et cujus singulae partes concipi et intelligi possunt absque toto. Cum autem extensio substantia sit, dici nequit eam partes habere, quia nec major nec minor fieri potest, nec partes ejus separatim intelligi possunt, cum natura sua infinita sit. Quod autem talis esse debeat, inde sequitur, nempe quia, nisi talis esset sed ex partibus consisteret, natura sua infinita non esset;

At, inquis, nonne pars in extensione ante omnes modos? Omnino non, dico. At, dicis, si motus est in materia; in hujus parte esse debet; cum enim totum infinitum sit, ubinam moveretur, cum extra eam nihil existat? Ad quod respondeo: non est motus solus, sed motus et quies simul, et quidem in toto, inque eo esse debet, non enim pars in extensione. Quod si negas, dicas mihi igitur, si totam extensionem dividis, partem quam intellectu tuo ab ea scindis etiam natura omnium partium ab ea scindere potes; quo facto igitur rogo: Quidnam est inter partem illam abscissam et reliquum? Dicas, necesse est, vel vacuum vel aliud corpus, vel illud extensionis ipsius; quartum non datur. Primum non, nam vacuum non est quod positivum nec corpus sit. Nec alterum, nam tum existeret modus, qui existere nequit, cum extensio, tamquam extensio, sine omnibus modis et ante illos est. Igitur tertium, et sic nulla pars extensionis existit, sed extensio una et indivisibilis.

len. 2. Een zaak, die van verscheide deelen is t' zamen gezet, moet zoodanig zijn, dat de deelen deszelfs in 't bizonder genomen, den een zonder den ander kan bevat en verstaan worden: als by voorbeeld, in een uurwerk, dat van verscheiden raderen en touwen en anders is t' zamen gezet; daar kan, zeg ik, een ieder rad, touw, enz. bizonder bevat en verstaan worden, zonder dat het geheel zoo als 't te zamen gezet is daar toe van nooden is. Desgelijks meede in het Water, het welke uyt rechte en langwerpige deeltjes bestaat, kan 'n ieder deel deszelfs bevat en verstaan worden, en bestaan zonder 't geheel. Maar de uytgebreidheid, zijnde een zelfstandigheid, van die en kan men niet zeggen dat ze deelen heeft, aangezien ze noch kleinder noch grooter kan worden, en geen deelen deszelfs bizonder zouden konnen verstaan worden, dewijl zy in haar natuur oneindelijk is. En dat zy nu zodanig moet zijn, volgt hier uyt, namendlijk, om dat indien zy zodanig niet en was, maar uyt deelen bestond, zoo en was ze uyt haar natuur

---

Maar, zult gy zeggen, is er geen deel in de uytgebreidheid voor alle wijzen? Geenzins, zeg ik. Maar, zegt gy, als 'er beweeging in de stof is, die moet in een deel van de stof zijn, en niet in 't geheel; want dewijle het geheel oneindig is, waarheen zou dat bewogen worden, dewijle buyten haar niets is. Op het welk ik antwoord: daar is geen beweging alleen, maar beweging en rust te zamen, en deeze is in 't geheel, en moet daar in zijn; want daar is geen deel in de uytgebreidheid. Zegt gy noch al Ja; zoo zegt my dan, als gy de geheele uytgebreidheid deelt, dat deel dat gy met uw verstand daar afsnijdt, kond gy ook na de natuur van alle deelen daarvan afscheiden: dat dan gedaan zijnde, vraag ik: Wat is tusschen dit afgescheiden deel en de rest? Gy moet zeggen, of een idel, of een ander lichaam, of dat van de uytgebreidheid zelve, daar is geen vierde. Niet het eerste, want daar is geen idel, dat stellig en geen lichaam is. Niet het tweede, want dan was 'er een wijze, die er niet zijn kan, alzoo de uitgebreidheid als uytgebreidheid zonder en voor alle wijzen is. Derhalven dan het derde; en zoo is 'er geenig deel van d' uytbreiding, maar de uytgebreidheid enkel en ondeelbaar.

ut vero in infinita natura partes concipiantur, fieri nequit, partes enim omnes 'illae natura sua infinitae esse deberent. Adde, si ex diversis partibus consisteret, intelligi non posse, quod, quibusdam ejus partibus destructis, extensio tamen maneret, nec cum partibus illis destructis simul destrueretur; quod clare secum pugnat in tali re, quae propria sua natura infinita est, nec unquam terminata vel finita esse vel concipi potest. Porro, quod attinet ad divisionem in natura, ea, uti jam dictum est, non fit in substantia, sed semper et solum in modo substantiae; aquam igitur dividens, non substantiam divido, sed tantum modum substantiae; quae substantia, quanquam diversimode modificata, semper tamen eadem est.

que quae aliquid producere debet, hoc necessario produ-cere debere. Unde sequitur etiam, hoc illudve particu-lariter affirmare vel negare, ab aliqua causa externa proce-dere debere [1]), neque illam causam liberam esse posse.

—

1) Certum est volitionem particularem causam externam habere debere qua sit, cum ad essentiam ejus existentia non pertineat.

Si quis dicere vellet quod causae ejus efficiens idea non sit, sed ipsa voluntas, neque hanc extra intellectum esse posse; quodque ego voluntas indeterminate sumta, uti et intellectus, non rationis sed reale ens sit; respondeo, ubi attente illam considero, me nihil reale illi attri-buere posse. Sit vero ita, attamen concedere debes, volitionem volun-tatis esse modificationem, uti ideae modi intellectus sunt; intellectus igitur et voluntas variae et realiter a se differentes substantiae sunt; substantia enim, non vero modus, modificatur. Si vero mens utramque illam substantiam dirigit, jam igitur tertia erit substantia; quae omnia tam confusa sunt, ut impossibile sit claram distinctamque eorum habere ideam. Cum enim ideae non sint in voluntate sed in intellectu, se-cundum illam regulam quod unius substantiae modus in alterius transire nequeat, in voluntate amor oriri nequit; contradictioni enim se implicat, aliquid velle, cujus rei idea non in potestate volente sit.

Si vero dicis voluntatem, propter unionem quam cum intellectu habet, etiam percipere quod intellectus concipit, atque ita etiam amare; ne-tetur, praeterquam quod τὸ percipere modus etiam intelligendi sit, secundum praecedentia, etiam si talis corporis mentisque unio adesset, illam in voluntate esse non posse. Posito enim quod corpus cum mente unitum sit secundum communem philosophorum propositionem, nunquam tamen corpus percipit neque mens extenditur.

Si vero dicis mentem et intellectum et voluntatem dirigere, hoc nos-

uytterlyke oorzaak hebben moet, en dat een oorzaak die iets zal voortbrengen zulks noodzakelyk moet voortbrengen; zoo volgt daaruyt onwrikbaar, dat dit of dat bizonderlyk te willen, hetzij te bevestigen of t' ontkennen, dat zulks zeg ik door eenige [1]) uytwendige oorzaak voort moet komen, en dat die oorzaak geensins vry kan zijn.

—

1) 't Is zeeker, dat het bizonder willen moet hebben een uytterlyke oorzaak, door welke dat ze is, alzoo deszelfs weezendlykheid tot haar weezen niet behoort.

Te zeggen, dat deszelfs uytwerkende oorzaak geenig denkbeeld, maar e wil zelve is, en dat die buyten het verstand niet zijn kan; zoo dat erhalven de Wil onbepaald genomen, gelijk ook het verstand, geen eezen van reeden, maar 'n dadelyk weezen is. Zoo dient hierop, dat, anneer ik haar aandagtelyk bevat, ik aan dezelve niets dadelyks kan eöygenen. Doch het zij zoo, nochtans moet men toestaan, dat de Villing een wijze van de Wil is, gelijk de denkbeelden van het Verand: waaruyt volgt, wijl de zelfstandigheid en niet de wijze word wijzigd, dat het verstand en de wil dadelyk onderscheiden zelfstandigeden zijn. Indien nu de ziel deeze twee zelfstandigheeden komt te stauren, zoo is er dan een derde zelfstandigheid. Welk alle zoo verarde dingen zijn, dat het onmogelyk is een klaar en onderscheiden beip hiervan te hebben: want wijl de denkbeelden niet in de wil maar het verstand zijn, zoo en kan daaruyt, volgens deeze setreegel, dat wijze van de eene zelfstandigheid niet kan overgaan in een andere lfstandigheid, in de wil geen liefden ontstaan; want het wikkelt zich teegenzegging in, dat men iets zou willen welkers zaaks denkbeeld et is in de willende moogendheid.

Zegt men, dat de Wil, weegens haar vereeniging met het verstand, ok gewaar word het geene dat het verstand verstaat, en daarom ook mint; zoo dient daar 'n teegen aangemerkt, behalven dat gewaar worm ook een wijze van verstaan is, dat, schoon 'er al zoodanig een reeniging van ziel en lichaam was, zulks volgens het voorgaande in Wil niet zijn kan. Want neemt dat de ziel met het lichaam volgens stelling der gemeene Wijsgeeren was vereenigd, nochtans gevoelt het chaam nooit, noch de ziel word niet uitgebreyd. En of men zegt, at de ziel beide het verstand en de wil bestiert: zulks is niet alleen

Quod quibusdam forte non satisfaciet, intellectum qui occupare solent in entibus rationis, tamquam rebus particularibus in natura vere existentibus, quique ita ens rationis non tale, vero ens reale habent, seque ipsi igitur quarundam rerum causam ponunt; uti in eo, de quo loquimur, saepe fit. Cum enim homines jam hanc jam illam volitionem habeant, in mente inde modum generalem ponunt, quam voluntatem vocant, eadem ratione qua ex hoc illoque homine ideam hominis efficiant. Quando igitur quaeritur, cur homines hoc illudve velint, respondetur: quia voluntatem habent. Cum vero voluntas, uti diximus, distincta ab hac illave volitione, nonnisi modus quidam

---

solum intelligi nequit, sed et tibi contrarium est, quia eo negare videris voluntatem liberam esse.

Ut quidem finem faciam, quanquam non libet omnia adducere quae contra propositionem substantiae creatae habeo, breviter tantum ostendam, voluntatis libertatem nullo modo convenire cum illa continua creatione quam profitentur; cum enim in Deo postulatur eadem actio ad rem in esse conservandum, ac ad creandum, neque aliter res vel momentum quidem existere posset; non igitur rei causale quid attribui potest, quippe quae potentiam non habens se conservandi, multo minus a se aliquid producere possit. Si igitur dicis mentem volitionem a se ipsa producere, rogo quanam potentia hoc fiat? non ea quae fuit, haec enim non amplius adest; neque ea, quam modo habet, nullam enim habet qua vel mininum momentum existere vel durare posset, quia continuo creatur. Cum igitur nulla res sit, quandam potentiam in se habens se ipsam conservandi aliquidve producendi, nihil restat quam concludere Deum solum omnium rerum causam agentem esse et esse debere, atque omnes volitiones ab eo solo determinari.

Het welke mogelyk de zoodanige niet voldoen zal, die ar verstand meer vestigen op de weezens van reeden, als de bizondere dingen die waarelyk in de natuur zijn; ardoor zy zelf de weezende van reeden niet meer als odanig, maar als zaakelyke weezende aanmerken: en dus ch zelven oorzaak van eenige dingen stellen te zijn; gelijk het geene, waar af wy teegenwoordig spreeken, niet weig komt te gebeuren. Want om dat den mensch nu deeze dan die wil heeft, zoo maakt hy daarvan in zijn ziel n algemeene wijze, die hy Wil noemt; gelijk hy uyt het nkbeeld van dit en dat mensch een algemeen denkbeeld aakt van mensch. Vraagt men dan, waarom den mensch t of dat wil? het antwoord is, om dat zy een wil hebn. Doch nademaal de Wil, onderscheiden van dit of dat willen, slegts een wijze van denken, en niet iets zake-

mogelyk om te begrijpen, maar zelfs ook teegen haar, nadien men doende schijnt te ontkennen dat de wil vry is.

Doch schoon het my niet lust om alles by te brengen, wat ik heb gens de stelling van een geschapen zelfstandigheid, zoo zal ik, om r te eindigen, echter toonen dat de vryheid van de Wil geenzins op o'n geduurige Schepping past, als van haar word beleeden; want inm in God een en het zelvde werk vereischt word, om een zaak in zen te behouden, als om dezelve te scheppen, vermits andersins de ak niet een oogenblik zou konnen bestaan, zoo en kan dan aan die ak ook niets oorzakelijks worden toegeëigend, nadien dezelve, geen racht hebbende om zich te behouden, veel minder door zich zelfs iets n voortbrengen. Indien men dan zegt, dat de ziel de willing van zich elfs voortbrengt, zoo vraag ik, uyt wat kracht dat dit geschied? niet yt de geene welke geweest is, want die is niet meer; ook niet uyt de geene welke ze nu heeft, want ze heeft 'er in 't geheel geen door wien zy de minste oogenblik zou konnen bestaan of duuren, dewijl ze geduurig geschapen word. Dewijl 'er dan geen zaak is, die eenige kracht heeft om zich zelfs te behouden, of iets voort te brengen, zoo rest 'er niet als te besluyten, dat God alleen van alle dingen de werkende oorzaak is, en zijn moet, en dat alle Willingen van hem alleen bepaald worden.

i. e. ens rationis, non vero ens reale sit, nihil ab ea causari potest; nam ex nihilo nihil fit. Neque igitur rogandum utrum libera sit necne. Ut autem percipiamus num in hac illave particularis Volitione i. e. affirmatione, vel negatione, liberi simus necne, meminisse tantum oportet, *τὸ* intelligere puram esse passionem, id est rerum essentiae existentiaeque in mente perceptionem; ita ut nunquam ipsi de re aliquid affirmemus vel negemus, ipsa vero sit res quae aliquid de se in nobis affirmet vel neget.

Et quamquam nonnulli fortasse hoc concedere nolint, quippe quibus videatur se aliud quid de re affirmare vel negare posse, quam cujus de re conscii sint; hoc tantum inde procedit, quod discrimen non faciant inter ideam rei in mente et verba quibus illa exprimitur. Verum quidem est (quando rationes adsunt quae ad illud nos movent) nos aliis, sive verbis sive aliis instrumentis, de re aliud indicare quam cujus conscii sumus; nunquam vero, neque verbis nec aliis quibusdam instrumentis, efficiemus, ut de rebus aliter sentiamus quam facimus; quod omnibus clarum est, qui omnino extra verborum vel aliorum signorum usum ad intellectum suum solum attendunt.

Cui nonnulli fortasse contradicere possent, quod, nisi nos tantumque res sit quae de se affirmat negatque, nil ergo affirmari vel negari possit nisi quod cum re conveniat, neque igitur falsitatem existere; quae enim in eo consistat, ut aliquid de re affirmetur vel negetur, quod cum re non

ks is, zoo en kan van haar ook niets veroorzaakt wor-
en; want uyt niet komt niet: en derhalven behoeft men
iet te vragen, of dezelve vry of niet vry is. Om nu te
evatten of wy in dit of dat bizonderlyk te willen, dat is
bevestigen of te ontkennen, waarelyk vry of niet vry
jn, zoo hebben wy ons te herinneren 't geen wy alreede
ebben gezegd, namendlyk dat het verstaan een zuyvere
ding is, dat is een gewaarwording in de ziel van de
eezendheid en weezendlykheid der zaaken: invoegen wy
lven nimmer iets van een zaak bevestigen of ontkennen,
aar de zaak het zelfs is, die iet van zich in ons bevestigt
ontkent.

En ofschoon eenige dit mogelyk niet toestaan, om dat
t haar toeschijnt, dat ze wel iets anders, als haar de zaak
wust is, van dezelve konnen bevestigen of ontkennen;
o komt dit hier van daan, omdat ze geen onderscheid
aken tusschen het begrip hetwelk de ziel heeft van een
ak, en de woorden waar meede het zelve word uitge-
ukt. En dit wel aangemerkt zijnde is het waar (als 'er
edenen zijn die ons hiertoe beweegen), dat wy aan ande-
n door woorden of eenige andere werktuygen, iet anders
n de zaak te kennen konnen geeven als ons daar van
wust is: maar echter zullen wy door geene woorden of
ndere werktuygen ooyt te weeg brengen dat wy van de
aken anders zouden gevoelen als wij er waarelyk van
evoelen; het welke klaar aan allen is, die buyten eenig
ebruyk van woorden, of andere beduyd-teekenen, alleen
p haar verstand acht geven.

Doch hierteegen zouden moogelyk eenige konnen zeggen:
dien niet wy, maar alleen de zaak het is, die zich in ons
evestigt of ontkent, zoo kan 'er dan noch bevestigd of
ntkend worden als het geene met de zaak overeen komt;
n dieshalven kan 'er dan geen valschheid zijn, alzoo de-
elve bestaat in iet van een zaak te bevestigen of te ont-
ennen dat met de zaak niet overeen komt, en 't welk de

conveniat i. e. quod res de se non affirmet vel neget. Censeo vero quod, ubi bene attendimus ad illud quod de veritate et falsitate diximus, huic objectioni satis responsum esse videamus; diximus enim objectum causam esse illius quod affirmatur vel negatur, sitne verum vel falsum; falsitas enim inde oritur, quod aliquid de objecto percipientes imaginemur ad totum objectum hoc pertinere; quod plerumque debilibus in animis locum habet, qui levi objecti actione facile modum ejus vel ideam in se suscipiant, praeter quod in iis nulla est affirmatio vel negatio.

Objici denique etiam nobis posset, multas esse res quas volumus nolumusque, uti v. c. aliquid de re affirmare vel non affirmare, veritatem dicere vel non dicere, etc. Hoc vero inde procedit, quod cupiditas non satis a voluntate distinguatur. Quamquam enim utraque affirmatio negatiove rei sit, in illo differunt quod postrema nullo respectu, prima vero respectu boni malive, dicatur, quod in re consideratur; ita ut Cupiditas, etiam post affirmationem et negationem, quam de re fecimus, permaneat, ad illud scil. obtinendum, quod experti sumus vel affirmavimus bonum esse; ita ut voluntas quidem sine cupiditate, nec vero cupiditas sine voluntate esse possit.

Omnes actiones igitur de quibus supra diximus, quippe quae a ratione sub boni specie fiant sive mali impediantur. appetitus tantum, quae cupiditas vocatur, nullo vero modo, nisi valde improprie, voluntatis nomine comprehendi possunt.

—

n zich zelven noch bevestigt, of ontkent. Maar , als wy wel acht geeven op hetgeene wy van de d en Valschheid gezegd hebben, dat wy dan deeze ɜrping genoeg beantwoord zullen zien, als zijnde :werp d' oorzaak onzer bevestiging of ontkenning zelve, 't zij dan waar, of valsch; ontstaande de ɜhheid hieruyt, dat wy van het voorwerp slechts ten deelen gewaar wordende, ons inbeelden zulks geheele voorwerp te zijn: het welke meest plaats ke zielen heeft, die door de ligte werking van het ɔ ligtelyk een denkbeeld in haar ontfangen; buyten in hun geen bevestiging of ontkenninge meer is.

lyk zou men ons noch konnen teegenwerpen, dat ɜ dingen zijn, die wy zomtijds willen en niet wildaarvan iets bevestigen, en niet bevestigen; de l spreeken en niet spreeken, enz. Doch dit komt ɔmdat de Begeerte niet genoegzaam van de Wil derscheiden; want, hoewel ze beide de bevestiging ɜnning van een zaak zijn, zoo verschillen ze nochrin, dat de laatste zonder eenig opzigt, en de eerbetrekking tot het goed of kwaad geschied, dat in : beschouwd word: invoegen de Begeerten zelf, na stiging of ontkenning die wy van een zaak gedaan blijft, namendlyk om dat te verkrijgen of te doen, wy ondervonden of bevestigd hebben goed te zijn. de Wil wel zonder de Begeerte, maar de Begeerte de Wil niet kan zijn.

de werkingen dan, waarvan wy hier boven gesproɔben, alleen door de reeden onder schijn van goed of door de reeden onder schijn van kwaad belet le, konnen enkel onder die neiging der ziel welke ɜgeerten noemt, en geenzins (als heel oneigendlyk) e benaming van Wil begreepen worden.

—

et quid illud sit ab uno ad alterum transire trahique, puerum imaginabimur, qui prima vice ad alicujus rei perceptionem perveniat; ex. gr. tintinnabulum ei exhibeo, quod auribus ejus gratum efficiens sonum, appetitum sui ei injicit; vide jam, num omittere possit appetitum cupiditatemve habere? Affirmantem te rogo, qua de causa? non quidem aliqua re quam melius cognoscit, quia solum est quod cognoscat; nec etiam quia malum ei sit, nihil aliud enim cognoscit, et grata illa perceptio optima est quae unquam ei acciderit. Habebit autem fortasse libertatem appetitum quem habet seponendi; unde igitur sequeretur appetitum illum in nobis sine libertate nostra incipere quidem posse, attamen nos libertatem in nobis habere eum amovendi. Haec vero libertas experimentum non sustinet; quid enim esset illud quod appetitum destrueret? appetitus ipse? Minime, profecto; nihil enim est, quod ex propria sua natura destructionem suam quaerit; quid igitur erit, quod appetitum illum removeat? nihil aliud, sane, quam quod et naturae ordine cursuque afficiatur ab aliqua re quae priore gratior est. Quamobrem, uti de voluntate tractantes diximus, voluntatem in hominibus nil aliud esse nisi hanc illamque volitionem ab hac illaque idea causatam; ita et cupiditas in eo non est praeter hunc illumve particularem appetitum. Ita ut, quando dicimus cupiditatem liberam esse, hoc aeque valeat ac si diceremus hunc illumve appetitum causam sui esse, h. e. antequam esset, ut esset effecisse. Quod ipsa est absurditas, nec locum habere potest. Cupiditas igitur, generaliter sumta, dum nihil aliud

eene tot het andere over te gaan en getrokken te worden, sullen ons hier toe verbeelden een kind, dat voor de eerste maal tot het gewaar worden van eenig ding komt: ik hou het dan b. v. een belletje voor, hetwelk in zijn ooren een aangenaam geluyd maakt, waardoor hy begeerten tot hetzelve krijgt; en ziet nu eens, of hy wel nalaaten zal, om deeze lust of begeerte tot hetzelve te krijgen. Indien gy hierop ja zegt, zoo vraag ik, door wat oorzaak dit geschieden zou? Immers niet door iets hetwelk hy beeter kent, alzoo dit het eenig-al is wat hy kent. Ook niet omdat het by hem kwaad is; want hy kent niets anders, en deze aangenaamheid is het beste dat hem ooyt is voorgekomen. En of gy zegt, dat het misschien een vrijheid heeft om deeze lust van zich te doen; het welke zoo zijnde wel waar is, dat die lust in ons zonder onze vrijheid kan beginnen, maar ook t' effens dat wy vrijheid in ons hebben om die van ons weg te doen: ik zeg, dat deeze vrijheid niet de allerminste proef kan houden. Dit zal zeer duidelyk blijken: want wat is 't dat deeze lust zou konnen vernietigen? de lust zelve? Neen; alzoo 'er niets is dat door zijn eigen natuur zijn zelfs verderf zoekt. Wat mag het dan eigendlyk zijn dat hem van deeze lust zou konnen afbrengen? Voorwaar niets anders, als dat hy, door de schikking en loop der natuur van iets word aangedaan, hetwelk hem aangenamer als het eerste is. En daarom, gelijk wy in de verhandeling van de Wil gezegd hebben, dat 'er in den mensch geen Wil buyten deeze en die bizondere Willing is; alzoo is 'er ook in hem geene Begeerte buyten deeze en die bizondere Begeerte, welke van dit of dat begrip in hem veroorzaakt word. Indien wy dan zeggen dat de Begeerte vrij is, zoo is zulks eeven zooveel alsof wy zeiden, dat deeze of geene Begeerte een oorzaak van zich zelfs is, en eer zy was gemaakt heeft, dat zy zijn zou: het welke de ongerijmdheid zelve is, en niet kan zijn. En de Begeerten algemeen aangemerkt, niet anders als van dit of dat in

sit nisi ab hoc illove appetitu abstracta, neque praeterea in natura realiter existens, nihil etiam, tanquam tale, causare potest.

—

CAPUT DECIMUM OCTAVUM.

DE PRAECEDENTIUM UTILITATE.

Cum viderimus hominem, quippe totius a qua pendet regiturque naturae partem, ex se ipso ad salutem valetudinemque suam nihil efficere posse; videamus jam quaenam utilitates ex hisce propositionibus nobis profluant; et hoc eo magis, quia non dubitamus quin quibusdam non parum displiciturae sint.

Primo sequitur inde, quod ab illo quod perfectissimum est, ita pendeamus, ut tanquam totius i. e. ejus pars, nostrum etiam adhibeamus ad efficienda tot bene ordinata et perfecta opera quae ab eo pendeant, inde (dico) sequitur nos vere famulos, imo servos Dei esse maximamque nostram esse perfectionem, hoc necessario esse.

Secundo etiam haec cognitio efficit, ut, praecipua aliqua re peracta, de ea non superbiamus (quae superbia causa est ut, aliquid magni nos reputantes et quasi nihilo amplius egentes, sistamus ubi jam sumus; quod directe pugnat cum perfectione nostra, in eo consistente, quod semper progredi conari debemus); sed e contrario omnia quae agimus Deo contribuamus, quippe qui prima solaque causa est omnium quae agimus efficimusque.

't bizonder te begeeren afgenomen, en buyten dit niet dadelyk in de natuur zijnde, kan als zoodanig ook niets veroorzaaken.

—

ACHTTIENDE HOOFDDEEL.

VAN DE NUTTIGHEDEN UYT HET VOORGAANDE.

Gezien hebbende, dat den mensch als een deel van de eheele natuur, van wien hy afhangt en geregeerd word, yt zich zelven tot zijn heil en welstand niets kan doen, oo laat ons nu zien, wat al voor nuttigheeden uyt deeze nze stellingen voor ons ten besten zijn; te meer omdat y niet en twijfelen, of zy zullen aan eenigen niet weinig anstootelyk schijnen.

Voor *eerst*, daar uyt, dat wy van het geene 't welk het ldervolmaakste is, zoodanig afhangen, dat wy meede als en deel van 't geheel, dat is, van hem zijnde, ook het nze toebrengen, tot uytwerkinge van zoo veel geschiktelyk geordoneerde en volmaakte werken als daarvan afhankelyk zijn, zoo volgt dat wy dienaars Gods bennen, en dat het onze grootste volmaaktheid is van zulks noodzakelyk te zijn.

Ten *tweede*, maakt ook deeze kennis, dat wy ons, na 't verrigten van eenige voortreffelyke zaak, daarover niet verhovaardigen (welke verhovaardiging een oorzaak is dat wy, als meenende nu wat groots te zijn, en niet verder te behoeven, staan blijven: reegelrecht strijdende tegen onze volmaaktheid: welke daarin bestaat, dat wy altijd verder en verder moeten trachten te geraaken), maar dat wy daar 'n teegen alles wat wy doen aan Gode toeëigenen, als welke de eerste en eenige oorzaak is van alles wat wy verrigten, en komen uyt te voeren.

Tertio, cognitio haecce, praeter verum proximi amorem, quem in nobis excitat, nos ita constituit, nunquam ut eum odio habere nec in eum irati esse possimus, cupiamus autem, eum adjuvare et ad meliorem statum perducere; quae omnes talium hominem actiones sunt, magnam qui perfectionem essentiamve habeant. —

Quarto, haecce cognitio in reipublicae salutem tendit, quippe qua judex partibus unius prae alterins studere nequeat, et unum punire coactus ut alterum premio afficiat, intentione illud faciat unum tantopere quam alterum adjuvandi.

Quinto, cognitio haecce nos liberat a tristitia, desperatione, invidia, terrore, aliisque malis passionibus, quae, uti postea dicemus, Gehenna ipsa sunt.

Sexto, cognitio haecce nos eo perducit, Deum ut non timeamus, uti alii Diabolum, ne quid mali iis faciat. Quomodo enim Deum timere possemus qui ipsum summum bonum est, et a quo omnia quandam essentiam habentia sunt quod sunt, uti et nos ipsi ab eo sumus, in eo viventes?

Septimo, cognitio haecce eo etiam perducit, ut Deo omnia attribuamus, eum solum amemus, quia augustissimus et perfectissimus est, itaque ut ei nos sacrificemus; in proprie et vera religio et aeterna nostra salus et beatitudo consistunt; sola enim perfectio et ultimus servi finis instrumentique hic est, ut officium illi mandatum bene perficiat; e. g. quando faber in opere quodam fabricando securi sua se optime adjutum videt, securis illa ad finem perfectionemque suam ita pervenit; si vero cogitare sibi vellet: securis haecce mihi admodum bene

Ten *derde*, maakt deeze kennisse, behalven de liefden les naasten, die ze in ons te weeg brengt, ons zoo gesteld, lat wy dezelve nooyt haaten, noch op hun vertoornd worlen, maar inteegendeel geneegen bennen haar te helpen n tot beeter stand te brengen: hetgeen alle werkingen van zoodanige menschen zijn, die 'n groote volmaaktheid of weezendheid hebben.

Ten *vierde*, dient ook deeze kennis tot bevordering van t Gemeene-best; want door haar zal den Rechter nooyt neer partij van den een als van den ander konnen worden: n genoodzaakt zijnde om den eene te straffen, en den anlere te beloonen, zoo zal hy dat met 'n inzigt doen, om zoowel den eene te helpen en te verbeeteren als den andere.

Ten *vijfden*, bevrijd ons deeze kennis van de droefheid, vanhoop, nijdigheid, schrik, en andere kwaade togten; lie (gelijk wy hier na zeggen zullen) de weezendlyke Helle elf zijn.

Ten *sesde*. brengt ons deeze kennis daartoe, dat wy God niet en zullen vreesen, gelijk anderen voor den Duyvel loen, ten einde hy haar geen kwaad zou doen. Want hoe och zouden wy God, die het opperste goed zelf is, en van rien alle dingen, die eenige weezendheid hebben, zijn hetzeene dat ze zijn, gelijk ook wy dus van hem zijn, die in em leeven, konnen vreesen?

Ten *zeevende* geleid ons deze kennis daartoe, dat wy lles aan God toeëigenen, en hem alleen beminnen, omdat y de alderheerlykste en allervolmaakste is. en zoo ons elven geheelyk aan hem opofferen: waarin eigendlyk de vaare godsdienst, en ons eeuwig heil en gelukzaligheid betaat; nadien de eenigste volmaaktheid in het laatste einde an een slaaf en werktuyg is dit. dat ze haar opgeleide ienst behoorelyk volvoeren. Want als een timmerman, in et maaken van eenig stuk werk, zich van zijn bijl op 't este vind gediend, zoo is die bijl daardoor gekomen tot jn einde en volmaaktheid; doch indien hy zou willen den-

primum loquamur, dico, si supponimus, eas non alias causas habere quam posuimus, nos, intellectu nostro bene utentes, uti, metrum habentes veritatis et falsitatis, admodum facile possumus [1]), nunquam in eas illapsuros.

Quod vero passiones illae non alias habeant causas, jam demonstrandum erit; qua in re postulari mihi videtur ut nos totos, tam quod ad corpus quam ad mentem, examinemus, et quidem primum ostendamus, in natura corporis esse, cujus constitutione et actionibus afficiamur ejusque igitur conscii fiamus. Quod ea de re facimus, quia, ubi actiones corporis et quid ab iis procedat viderimus, primam praecipuamque causam omnium harum affectuum inveniemus, simulque illud quo affectus omnes everti possint. Unde praeterea videre poterimus an hoc rationi fieri possit; et deinde etiam loquemur de amore nostro erga Deum.

—

ambo ab iis nos liberari queunt. Tertia sola, nempe vera cognitio, fieri posset, ut ab eis nos liberaret; absque ea, uti deinde adhuc demonstrabitur, impossibile est ut ab iis liberemur. Nonne hoc illud esset, de quo nonnulli aliis sub nominibus tantum scripsere? Quis enim non videt, quam commode per opinionem peccata, per fidem legem quae peccata manifestat, et per veram cognitionem gratiam quae a peccatis nos liberat intelligere possimus?

1) Intellige: quando cognitionem profundam habemus boni malique, veritatis et falsitatis; tunc enim impossibile est, ei subjectum esse, a quo passiones oriuntur; ubi enim optimum cognoscimus eoque fruamur, pejus in nos potentiam non habet.

zeg ik, indien wy onderstellen dat ze geen andere oorzaaken hebben als wy daar van gesteld hebben, dat als wy ons verstand maar wel gebruyken, gelijk wy (hebbende nu een mate van waarheid en valschheid) wy zeer [1]) ligtelyk konnen doen, wy in dezelve nooyt zullen komen te vervallen.

Dooh dat deeze Lijdingen geene andere oorzaken hebben, is het geen ons nu te betoonen staat. Tot het welke my dunkt vereyscht te worden, dat wy ons in 't geheel, zoo na lichaam als geest, onderzoeken, en voor eerst aanwijzen, dat er in de natuur een lichaam is, door welkers gestalte en uytwerkinge wy aangedaan 't zelve gewaar worden. Het geen wy daarom doen, om dat, als wy de uytwerkingen van het lichaam, en wat die komen te veroorzaken inzien, wy als dan ook de eerste en voornaamste oorzaak van alle deeze togten zullen vinden, en met een het geene, door wien zy konnen vernietigd worden; waar uyt wy dan ook t' effens konnen zien, of zulks door de reeden moogelyk is te konnen doen. En als dan zullen wy meede vervolgens spreeken van onze liefden tot God.

---

geloof. Maar deeze beide, noch geen van hun, is magtig om ons daar van te bevrijden. Alleenlyk van de derde slag, namendlyk de waare kennis, is het mogelyk dat die ons hier van vry maakt: zonder welke het ook onmoogelyk is, dat wy hier van ooyt konnen worden vry gemaakt, gelijk nu vervolgens zal aangeweesen worden. Zoude dit het niet wel zijn, daar eenigen onder andere naamen zoo veel van schryven? Want wie ziet niet, hoe gevoegelyk dat wy onder de waan de zonden, onder het geloof de wet die de zonden aanwijst, en onder de waare kennis de genaden die ons van de zonden vry maakt, konnen verstaan?

1) Verstaat: als wy 'n grondige kennis van goed en kwaad, waarheid en valschheid hebben: want dan is het onmogelyk dat onderworpen te zijn, waar uyt de Lijdingen ontstaan, alzoo, wanneer wy het beste kennen en genieten, het slegtere op ons geen magt heeft.

Demonstrare vero quod in natura corpus sit, difficile nobis non erit, scientibus quod et quid Deus sit; quem definivimus ens attributorum infinitorum, quorum quodque infinitum perfectumque est; et quia extensio attributum est, quod in genere suo infinitum esse demonstravimus, necesse est illam quoque hujus entis esse attributum; quia vero etiam demonstravimus ens illud infinitum essentiale esse, sequitur attributum hocce etiam esse essentiale.

Praeterea cum etiam demonstraverimus extra naturam, quae infinita est, nullum ens existere posse, clare patet, huncce corporis effectum quo conscii fimus, a nulla alia re quam ipsa extensione procedere posse, nec ab alio quodam quod eminenter (uti nonnulli volunt) hancce extensionem habeat; quia (uti antea in primo capite demonstravimus) hoc nihil est.

Jam igitur animadvertendum, omnes actiones, quas videmus necessario ab extensione pendere, huic attributo adscribi debere, scil. motum et quietem. Quod si enim agendi illae potentiae in natura non essent, fieri non posset (etsi in ea multa alia essent attributa) ut illae essent. Ut enim aliquid aliud quid producere possit, in illo quoddam adesse debet, quo magis quam alia res hoc producere queat. Idem vero quod hic de extensione dicimus, etiam de cogitatione deque omni quod est dici debet.

Porro animadvertendum, nihil in nobis esse nisi cujus conscii fieri queamus; ita ut, quando experimur nihil in nobis esse nisi cogitationis extensionisque effectus,

Om te toonen, dat 'er een lichaam in de natuur is, zal ı niet zwaar zijn om uyt te voeren, wijl wy al-reede eeten dat en wat God is, die wy beschreeven hebben een eezen te zijn van oneindelyke eigenschappen, waar van ın ieder deszelfs oneindelyk en volmaakt ís; en aangezien y getoond hebben, dat de uytbreiding een eigenschap is, ie oneindelyk in haar geslagt is, zoo moet die noodzake-k mee een eigenschap van het oneindige weezen zijn; en ɜrmits wy insgelijks beweezen hebben, dat dit oneindig eezen weezendlyk is, zoo volgt met een, dat deeze eigen-chap ook weezendlyk is.

Daar 'n booven, nademaal wy ook getoond hebben, dat r buyten de natuur (die oneindig is) geenig weezen meer of zijn kan, zoo is het dan klaarblijkelyk, dat deze uyt-erkinge van het lichaam, door het welke wy gewaar wor-ɜn, van niets anders kan komen als van de uytgebreidheid ɜlve; en geenzins van iets anders, dat (als eenige willen) ɔortreffelyker wijze die uitgebreidheid heeft, alzoo dit niets , gelijk wy in het eerste hoofddeel hebben beweezen.

Dieshalven staat nu aan te merken, dat alle de uytwer-ingen, die wy zien noodzakelyk van d' uytgebreidheid af hangen, aan deeze eigenschap moeten toegeëigend wor-ɜn, gelijk de beweeging en rust. Want byaldien deeze ragten van uytwerkingen niet in de natuur en waaren, et was onmogelyk (of schoon 'er in dezelve veele andere igenschappen waaren), dat dezelve zoude konnen weezen: adien als eenig ding iet voort zal brengen in het zelve ɜts moet zijn, door 't welke hy meer als een ander dit ɜt kan voortbrengen. En het zelfde dat wy hier zeggen an de uytgebreidheid, moet ook van de denking, en oorts van alles wat 'er is, gezegd worden.

Wijders staat aan te merken, dat 'er in ons niets en is, f de mogelykheid is by ons om het zelve bewust te zijn: ıvoegen, zoo wy in ons niets anders vinden te zijn, als d' ytwerkinge der denkende en die van de uytgebreide zaak,

nos profecto tunc dicere possimus nil amplius in nobis esse.

Ut igitur harum utriusque effectus clare intelligamus, utramque primo pro se, deinde conjunctim nobis proponemus, uti et unius alteriusque effectus.

Extensionem igitur solam considerantes, nil aliud in illa perspicimus nisi motum et quietem, e quibus omnes inde procedentes effectus invenimus. Suntque duo isti in corpore modi [1]) tales, ut nulla eas alia res, quam se ipsae, mutare possit: uti v. c. quando lapis immotus jacet, impossibile est eum cogitandi potentia vel alia re nisi motu solo moveri, ubi nempe alius lapis majorem motum quam quies ejus habens, eum movere faciat; uti et lapis movens quiescere nequeat, nisi alia re minorem motum habente. Unde sequitur nullum cogitandi modum in corpore motum vel quietem producere posse.

Attamen, secundum id quod in nobis percipimus, fieri potest, ut corpus, quod in unam partem motum jam habet ad alteram tendat, uti quando brachium meum extendo, quo efficio ut spiritus motum suum, nec vero illuc, habentes, eo jam tendant; non semper vero, sed secundum eorum qualitatem, uti postea dicitur. Cujus rei causa est, nec alia esse potest, quod mens, quippe quae corporis sit idea, ita cum hocce unita est, ut conjunctim unum totum efficiant.

Quod ad alterius sive cogitantis attributi effectus, praeci-

---

[1]) *Duo modi:* quies enim nihil non est.

ry dan ook met verzeekering moogen zeggen, in ons niets weer te zijn.

Om dan nu klaarelyk de werkinge deezer beide te verstaan, zoo zullen wy eerst een ieder derzelve alleen, en daarna hun beide te zamen voorneemen; als meede de ytwerkingen, zoo van den eene als van den andere.

Wy dan, de uytgebreidheid alleen aanschouwende, worden in dezelve niets anders gewaar als beweeging en rust, yt welke wy alle de werkingen die daar uyt hervoort komen vinden: en zoodanig zijn deeze twee wijzen [1]) in het lichaam, dat haar geen andere zaak veranderen kan als zy elf; gelijk wanneer een steen stil legt, zoo is het onmoelyk, dat die door eenige kragt van denken, of iets anders, zal konnen bewoogen worden, maar wel door de beweeging van iet anders, als wanneer een andere steen (die grooter beweeging als zijn rust heeft) hem deed beweeen. Gelijk ook alzoo de beweegende steen niet zal konen rusten, als door iet anders, dat minder beweegt. Vaar uyt volgt, dat geene wijs van denken in het lichaam enige beweeging of rust zal konnen brengen.

Maar volgens het geen dat wy in ons gewaar worden an dit wel geschieden, dat een lichaam, 't welk zijn beweeging na de eene zijde heeft, nochtans na een andere ijde komt te wijken: gelijk als ik, mijn arm uytstrekkene, daar door te weeg breng, dat de geesten, die al-reeds aar beweeginge hadden, schoon niet zoodanig, nu nochtans dezelve derwaarts hebben: doch niet altijd, maar na unlieder hoedanigheid, gelijk hier na gezegd word. Waar an de oorzaak geene andere is, of zijn kan, als om dat e ziel, een denkbeeld van het lichaam zijnde, met het elve zoo vereenigd is, dat zy dusdanig te zamen een geeel maaken.

Wat nu de uytwerkinge van de andere of denkende ei-

1) *Twee wijzen:* om dat de rust geen niet en is.

diminutus vel quia nimis augmentatus est. *Diminutio* haecce non tantum fit nimis parco cibo sumto, sed etiam, post longiorem cursum, majore quam communem quem corpori dederunt motu in quo fortem habebant introitum transitumque, quibus debilitati sunt. *Augmentatio* vero fit, quando nimis vini vel alius fortioris potus bibentes hilares vel ebrii redditi, efficimus ut mens potentiam non habeat corpus dirigendi.

Hoc ita de actu mentis in corpus dictum sit. Jam de corporis actu in mentem videamus. Praecipuum illum habemus, quo mentem eaque alia corpora sui conscia reddat; quod solis tantum motu et quiete conjunctim causatur; neque enim in corpore alia sunt, quibus agere posset; ita ut omnia quae praeter perceptiones istas menti fiant, a corpore causari nequeant. Et quia primum quod mens cognoscit corpus est, inde procedit, quod mens illud amet uniaturque cum eo. Cum autem jam antea dixerimus amoris, odii, tristitiaeque causam non quaerendam esse in corpore sed tantum in mente; omnes enim corporis actiones ex motu et quiete procedere debent; et cum clare distincteque videamus, alterius amorem in nobis non oriri, nisi idea illud bonum melius esse; clare inde consequitur, quum Deum cognoscemus, cognitione saltem aeque clara ac eà qua corpus nostrum cognoscimus, nos arctius cum eo quam cum corpore nostro unitos esse debere corporeque tamquam liberatos. Arctius dico, antea enim jam demonstravimus

veel vermeerderd is. Deeze vermindering van beweeging geschied niet alleen door het te weinig nuttigen van voedsel, maar ook wanneer wy veel geloopen hebben, door de meer als gewoone beweeging, die zy hier in aan het lichaam hebben gegeeven, waar in zy een starke in- en doorvloed hadden, die hun doet verzwakken. Derzelver te groote vermeerdering komt door het te veel drinken van wijn of andere starke drank, waar door wy, vroolyk of dronken wordende, maaken dat de ziel geen magt heeft, om het lichaam te bestuuren.

Zoo veele dan gezegd hebbende van de werkinge, die de ziel in of op het lichaam heeft, laat ons nu eens zien de werkinge die het lichaam in of op de ziel heeft: waar van wy de voornaamste stellen te zijn, dat zy haar zelfs aan de ziel, en daar door ook aan andere lichaamen, doet gewaar worden; het welke door niets anders word veroorzaakt, als door de beweeging en rust te zaamen, vermits in 't lichaam geene andere dingen als deeze zijn, door welke het zou konnen werken. Invoegen dat alles, wat buyten deze gewaarwordinge aan de ziel meer geschied, dat kan door 't lichaam niet veroorzaakt worden. Nadien nu het eerste 't welk de ziel komt te kennen het lichaam is, zoo komt daar uyt hervoort, dat de ziel het zelve bemint, en daar dus mee vereenigd word. Doch nadien (gelijk wy te vooren gezegd hebben) de oorzaak van de liefden, haat, en droefheid niet in 't lichaam maar in de ziel alleen gezogt moet worden, alzoo alle de werkingen van het lichaam alleen uyt beweeginge en rust voortkomen, en dewijl wy klaar en onderscheiden zien, dat de liefden tot iet anders niet in ons ontstaat, dan door 'n begrip dat het zelve goede een beeter is, zoo volgt daar uyt duydelyk, dat indien wy God eens komen te kennen, ten minste met zoo een klaare kennis als wy van ons lichaam hebben, dat wy alsdan met hem ook nauwer als met ons lichaam vereenigd, en van het lichaam als ontslagen zullen zijn. Ik

nos sine eo nec existere nec concipi posse, et hoc ideo fit, quod illum (uti cetera) nulla alia re quam se ipso cognoscamus, et cognoscere debeamus, et igitur multo melius quam nos ipsos cognoscimus.

Ex eo quod hucusque diximus facile deducendum est, quaenam praecipuae passionum causae sint. Quod enim ad corpus cum actionibus ejus, motu et quiete, attinet, menti nihil aliud afficere possunt, nisi quod se tamquam objecta illi patefaciant; et secundum demonstrationes quas illi exhibent seu bonas seu malas [1]), mens etiam ab illis afficitur, neque hoc quoad corpus (tunc enim corpus praecipua esset passionum causa), sed quoad objectum sit, tanquam cetera omnia quae eosdem effectus habere possent, si eodem modo menti se exhiberent. Quo dicere tamen nolo

---

1) Quaerenti unde procedat, quod unum bonum alterumque malum cognoscamus? respondeo: quia objecta sunt quae se ipsa nobis exhibent, ab uno aliter quam ab altero afficimur; ea igitur a quibus permodice afficimur (secundum motus quietisque proportionalitatem qua consistunt) pergrata nobis sunt. Unde varium sensus genus, quod in nobis percipimus, deducendum, quodque quam plurimum ab objectis corporeis in corpore nostro agentibus quaeque impulsum vocamus, procedit, uti quod in tristitia aliquem ridere, hilaremque reddere possumus titillatione, vinum bibendo, etc. quod mens quidem percipit, nec vero agit; illa enim agente hilaritates ejus alius omnino generis sunt; tum enim non corpus in corpore agit, sed mens intellectualis corpore tanquam instrumento utitur, et quo magis mens in eo agat, eo perfectior sensus evadit.

zeg nauwer, als hebbende reeds beweezen dat wy zonder hem noch bestaan noch verstaan konnen worden, welke wy geenzins door iet anders (gelijk het zoo met alle andere dingen is), maar alleen door hem zelfs konnen en moeten kennen, en dus veel beeter kennen, als wy ons zelfs kennen.

Uyt het geen wy dan tot hier toe hebben gezegd is ligtelyk af te neemen, welke de voornaamste oorzaken der lijdingen zijn: want wat het lichaam met haar beweeging en rust, of derzelver uytwerkinge belangt, die konnen de ziel niet anders doen dan hun zelfs, als voorwerpen zijnde, daar aan bekend te maaken, en na dat de vertooningen zijn, die zy aan 't zelve voorhoud, het zij [1]) goed of kwaad, daarna word de ziel ook van haar aangedaan; doch dit niet voor zoo veel zy een lichaam is (want dan was ze de voornaamste oorzaak van de Lijdingen), maar voor zoo veel ze een voorwerp is, gelijk alle andere dingen, die ook de zelfde uytwerkingen zouden doen, indien zy zich zoodanig aan de ziel vertoonden. Waar mee ik echter niet

---

1) Indien men vraagt, waar uyt het voortkomt, dat wy het eene goed en 't ander kwaad kennen te zijn? zoo dient tot antwoord; nademaal het de voorwerpen zijn die ons haar zelven doen gewaar worden, zoo worden wy van d' eene anders als van d'andere aangedaan. Die dan, van de welke wy het aldergemaatigdst (na de maate hunner beweeging en rust, waar af zy bestaan) bewoogen worden, zijn ons het alder aangenaamst. En hier uyt is in ons alderlei slag van gevoel, dat wy in ons gewaar worden, en veeltijds door lichamelyke voorwerpen in ons lichaam werkende is, welke wy impulsis of voortdrijving noemen, als dat men iemand in de droefheid kan doen lagchen, of verheugen, door kittelen, wijn drinken, enz. het welke de ziel, schoon zulks niet werkende, gewaar word, alzoo die werkende haare verheugingen waarelyk van een gansch ander slag zijn; want dan werkt geen lichaam in een lichaam, maar de verstandelyke ziel gebruykt het lichaam als een werktuyg: en gevolglyk hoe dat de ziel hier meerder in werkt, hoe dat het gevoel ook volmaakter is.

amorem, odium, et tristitiam ex rerum incorporearum contemplatione procedentes eosdem effectus habere atque eae quae ex corporearum rerum contemplatione procederent: hae enim (uti postea adhuc dicemus) alios quoque effectus habebunt, naturae rei similes, ex cujus perceptione amor, odium, tristitiaque etc. in mente, incorporea considerante, nascuntur. Ita (ut ad priora redeamus) ut, quando aliud quid, corpore magnificentius, menti se exhiberet, certum sit, corpus tum potentiam non habiturum, tales effectus quam actualiter habeat, causandi. Unde sequitur, non solum quod corpus praecipua sit passionum causa, sed etiam, etsi aliud quid, quam illud quod jam consideravimus, in nobis esset, passionesque (uti censemus) causare posset, illud tamen (etiam si ita esset) nec plura nec alia in mente agere posset, quam corpus jam agit. Nihil aliud enim nisi tale esse posset objectum, quod omnino a mente differret, ideoque et tale neque aliter se exhiberet; uti eadem ratione etiam de corpore locuti sumus.

Ita ut vere concludere possimus amorem, odium, tristitiam aliasque passiones in mente causari secundum cognitionis formam quam rei alicujus habet; ergo, si magnificentissimum aliquando cognosceret, impossibile esset, quamnam harum passionum vel minimam in illa emotionem producere posse.

wil zeggen, dat de liefden, haat, en droefheid, welke uyt de beschouwinge van lichamelyke dingen komen te ontstaan, nadien zy (gelijk wy hier na zullen zeggen) gansch andere uytwerkingen hebben, dan de geenen uyt welkers bevattinge de liefden, haat, droefheid enz. in de ziel, de lichamelyke dingen beschouwende, verwekt worden. Zoo dat, om weeder tot ons voorige te keeren, by aldien iets anders zich aan de ziel heerlyker als het lichaam kwam te vertoonen, het is zeeker dat alsdan het lichaam geen vermoogen hebben zou, om zoodanige uytwerkingen te konnen veroorzaken, als het nu wel doet. Waar uyt volgt, dat het lichaam niet alleen de voornaamste oorzaak der Lijdingen niet en is, maar ook dat, schoon in ons iets anders was, behalven het geen wy aangemerkt hebben, dat de Lijdingen in ons konde veroorzaken, zoo zou zulks echter niets anders of iet meerder in de ziel konnen werken, als nu het lichaam doet. Als moetende ook een voorwerp zijn, dat van de ziel ten eenemaal verscheiden was, en zich zoodanig als het is en niet anders kan vertoonen; gelijk wy op zoodanig een wijs ook van het lichaam hebben gesprooken.

Zoo dat wy met waarheid moogen besluyten, dat de liefden, haat, droefheid, en andere Lijdingen in de ziel anders en anders veroorzaakt worden, na de hoedanigheid der kennisse, die zy t' elkens van de zaaken heeft; en gevolglyk, zoo zy eens het alderheerlykste komt te kennen, dat het alsdan onmogelyk zal zijn, dat eenige deezer Lijdingen, in haar de minste ontroeringe zou veroorzaken.

CAPUT VICETINUM.

PRAECEDENTIUM AFFIRMATIO.

Ei, quod in praecedente capite diximus difficultates sequentes objici possunt:

Primo, si motus passionum causa non sit, quomodo fieri potest ut tristitia nonnullis mediis expellatur, uti per vinum saepe fit? Ad quod respondeo distinguendum esse inter mentis perceptionem, ubi primum corpus percipit et judicium quod deinde statim facit, num bonum an malum sibi sit [1]). Mens igitur ita constituta, ut supra jam dictum est, potentiam habet — uti jam antea ostendimus — spiritus ubi velit movendi; quae vero potentia ei adimi potest, quando per alias causas corporis in genere haec ejus constitutio adimitur vel mutatur; cujus ubi conscia facta est, tristitia oritur [2]), secundum mutationem, quam spiritus

---

1) I. e. inter intellectionem generaliter sumtam, et quod ad rei bonum malumque.

2) Tristitia in homine causatur ex opinione aliquid mali ei accidere, alicujus boni privatione. Quod, ita conceptum, ideam producit spiritus ita se circa cordem movere, idque aliarum partium auxilio premere et circumcludere, cujus contrarium omnino in laetitia fit. Pressionem hancce mens rursus percipit et inde dolorem capit. Quid jam est quod medicina vel vinum efficiunt? hoc scil. ut actione sua spiritus istos a corde repellant locumque evacuent; cujus mens certior facta, recreatur eo, quod mali opinio, alia proportione quietis et motus, a vino causata, diver-

TWINTIGSTE HOOFDDEEL.

TER BEVESTIGING VAN HET VOORGAANDE.

Men zou, belangende het geen wy in het voorige hoofdel zeiden, de volgende swaarigheden konnen maaken: 1. By aldien de beweeging niet de oorzaak der Lijdinn is, hoe het dan kan zijn, dat men de droefheid door nige middelen uitdrijft, gelijk zulks meenigmaalen door gebruik van wijn te drinken word verrigt? Hierop dient, t men onderscheid moet maaken tusschen de gewaarworigen der ziel, wanneer zy eerst het lichaam bemerkt, en t oordeel dat zy aanstonds daar op maakt, van dat het ar goed of kwaad is [1]). De ziel dan zoodanig gesteld nde, als nu onmiddelyk gezegd is, heeft (gelijk wy te oren aangeweezen hebben) wel magt, om de geesten werards zy wil te beweegen, doch zoodanig, dat haar ook eze magt kan worden benoomen, wanneer, door andere rzaaken van 't lichaam in 't gemeen, haar zoo gemaagde gestalte word benoomen of veranderd: het welke zy waar wordende in haar een [2]) droefheid ontstaat, die

1) Dat is tusschen verstaan, algemeen genomen, en tusschen verstaan, s opzigt hebbende op het goed en kwaad van de zaak.

Si porro aliquis dubitare vellet, num angulus F K L, uti et angulus Q N M, aequalis sit arcui F K sive c, scil. angulo F C K, hujus demonstratio sic procedit: Anguli C F K et C K F cum inter se aequales sint [4]) propter triangulum aequicrurum C K F, sequitur illos simul aequales esse duplici cujusque sc. angulo F K N [5]); sed anguli C F K et C K F cum angulo F C K [6]) sive c, 180 gradus sive duo angulos rectos efficit; et F K N, iisdem rectis aequalis, cum F K L

—

1) Per 29m prioris.
2) Per 32m.
3) Per 20m tertii.
4) Per 5m prioris.
5) Per reflectionis proprietatem.
6) Per 32m prioris.

den hoeck P N M, zijnde mede den hoeck der refractie, zoo is dan den hoeck O N M $= x + y$. Laet nu mede voltooyt werden den driehoeck F L K, zo zal dan den hoeck F L K [1]) mede zijn $x + y$. Het is nu verder openbaer, dat den hoeck F K L mede is $= c$, gelijck wy ten dienste van de onervarene nader hier onder bewyzen, en den hoeck L F K $= y$: zo is [2]) dan $x + 2\,y + c = 2\,a$, en mitsdien x of O N P $= 2\,a - 2\,y - c$. Nu den boogh G K, zijnde het verschil der bogen F K en F G, te weten $c - b$, ofte den hoeck G C K getrocken tot het middelpunt, is [3]) eens zoo groot als den hoeck G F K getrocken tot den omtrek; zo is dan G F K $= \frac{c-b}{2}$, maer G F K was gestelt $= y$, zoo is dan $y = \frac{c-b}{2}$, en $2\,y = c - b$ en $-\,2\,y = -\,c + b$. Deze $-\,c + b$ dan in de bovengemelde vergelijkingh gestelt zijnde in de plaets van $-\,2\,y$, zo komt O N P ofte $x = b + 2\,a - 2\,c$, gelijck volgens den regel was gestelt, en 't welk wy moesten bewyzen.

Indien nu verders iemant moghte twijffelen, dat den hoek F K L, als mede den hoek Q N M even zo groot is, als den boogh F K, ofte c, te weten, als den hoeck F C K, daervan is het bewijs aldus: De hoecken C F K en C K F elkander gelijk wezende [4]), om den ghelijckbeenigen driehoek C K F; zo volgt, dat zy tsamen even zoo groot zijn als van ieder het dobbel, te weten den hoek F K N [5]); maer de hoecken C F K, en C K F maken met den hoek F C K [6]) ofte c, 180 graden, of twee reghte; en F K N, die

---

1) Door de 29ste van 't eerste.
2) Door de 32ste van 't eerste.
3) Door de 20ste van 't derde.
4) Door de 5de van 't eerste.
5) Om d'eygenschap der Reflectie.
6) Door de 32ste van 't Eerste.

etiam 180 efficit gradus sive duos rectos [1]; unde sequitur, de aequalibus hisce aequalibus abstractis, reliqua F C K et F K L etiam inter se aequalia futura [2]), utrumque sc. $=c$, quod erat demonstrandum. Porro facile etiam demonstratur Q N M aequalem esse F K L, quare hic etiam $=c$ est.

REGULA POSTERIOR.

Quod, ad inveniendum angulum X Q R sive diametri dimidium i. e. superioris iridis altitudinem, angulus inventus O N P abstrahendus sit ab arcu F K.

ACTIO ET DEMONSTRATIO.

Terminis algebraïcis angulus X Q R igitur $= c-x$, cujus demonstratio sic procedit: angulus Q N M supra demonstratus est $= c$, et O N M $= x+y$, quare Q N O $= c-x-y$, ideoque X Q T etiam $= c-x-y$ [3]). Adde angulum refractionis T Q R sive y, quo pro angulo X Q R habebis $c-x$; quod erat demonstrandum.

D. Sluzius, dum in vivis Ecclesiae cathedralis Leodiensis canonicus, et consiliarius Principis illius urbis secretus, seculi hujus doctissimis alacerrimisque in omnibus scientiis adnumerandus viris, postea demonstravit [4]) omnes hasce lineas, arcus angulosque etiam mathematice posse inveniri, angulum scil. O N P semper aequalem esse duplici angulo

---

1) Per 13m prioris.
2) Per 3m ax. prioris.
3) Per 29m prioris.
4) Vide 12m Barrovi de optica lectionem.

dezelve twee hoecken gelijck was, maeckt met F K L oock 180 graden [1]), ofte twee reghte; zoo volgt dan, als men van deze gelijke dingen gelijcke dingen afneemt, dat [2]) hunne resten F C K en F K L mede zullen gelijk zijn, te weten beyde gelijk c, 't welk stonde te bewijzen. Verders bewijst men zeer lichtelijk mede, dat Q N M even zoo groot is als F K L, waeromme die mede is $= c$.

TWEEDEN REGEL.

Dat men, om te bekomen den hoeck X Q R of den halven middellijn, dat is de hooghte van den grootsten Regenboog, den gevonden hoeck O N P moet aftrecken van den boogh F K.

WERKING EN BEWIJS.

In stelkonstige termen is dan den hoek X Q R $= c - x$, en is het bewijs daer van aldus: Den hoek Q N M is hier boven aengewezen te zijn $= c$, en O N M $= x + y$, zo is dan Q N O $= c - x - y$, en by gevolge [3]) mede X Q T $= c - x - y$. Doet hier nu by den hoeck der Refractie T Q R of y, zo komt voor den hoek X Q R $c - x$; 't welk stonde te bewyzen.

Mijn Heer de Sluze, in zijn leven Canonik van de Cathedrale Kerk tot Luyck, en geheymen Raedt van den Prince der voorsz. Stadt, zijnde geweest een van de gaeuste en geleerste mannen van deze eeuwe, in alle wetenschappen, heeft naderhandt aangewezen [4]), dat men alle deze liniën, bogen, en hoecken oock meetkonstig kan vinden, te weten, dat den hoeck O N P altijdt is gelijck aan het dobbel van

---

1) Door de 13de van 't Eerste.
2) Door de 3de gem. bek. van 't Eerste.
3) Door de 29ste van 't Eerste.
4) Ziet de 12de lesse van Barrow over de Gezigtkonst.

K C B, ideoque ad inveniendum angulum X Q R, duplicem illum angulum K C B ab arcu F K subtrahendum esse. Quod breviter ita demonstro:

Ponamus angulum K C B sive arcum K B $= z$, nobisque demonstrandum jam erit, quod $2z = x$. O N M supra $= x+y$, itaque [1]) A W N et K W V etiam $= x+y$, angulus K V W $= y$, propter lineas parallelas Y L et A V, quare externus angulus F K N $= x + 2y$ [2]). Porro angulus externus F K C $= z + y$ [2]), sed F K N = duplex F K C; itaque F K N $= 2z + 2y$; atqui F K N supra etiam $= x + 2y$, quare $2z + 2y = x + 2y$. Subtrahe ab utraque parte $2y$, et erit $2z = x$; quod erat demonstrandum.

Vel sequenti etiam modo, uti a magno mihi demonstratum amatore: Arcus K B sive $z = a + \frac{1}{2} b - c$. Nam B D $= a$, D F $= \frac{1}{2} b$; ab utroque substracto F K sive c, K B sive z erit $= a + \frac{1}{2} b - c$. Quo ab utroque parte duplicato, $2z$ erit $= 2a + b - 2c$; sed secundum priorem Cartesii regulam x etiam $= 2a + b - 2c$; itaque $2z$ etiam $=$ x. [3]) Quod erat demonstrandum.

Antea jam secundam per regulam demonstratus est angulus X Q R $= c - x$, itaque idem ille angulus X Q R $= c - 2z$, et ab arcu F K tantum subtrahendus erit arcus K Z.

—

1) Per 29m et 15m prioris.
2) Per 32m prioris.
3) Per 1m ax. prioris.

den hoeck K C B, en dat men derhalven, om mede den hoeck X Q R te vinden, het voorsz. dobbel van K C B van den boogh F K moet aftrekken. 't Welck ick kortelijck aldus bewijze:

Laet den hoeck K C B, of de boogh K B zijn $= z$, wy moeten dan betonen, dat $2z$ is $= x$. O N M was hier voren $= x + y$, [1]) zo is dan A W N en K W V mede $= x + y$, den hoeck K V W is $= y$, om de evenwydige liniën Y L en A V, zo is dan mitsdien den uytwendigen hoek F K N [2] $= x + 2y$. Verders zo is den uytwendigen hoek [2] F K C $= z + y$, maer F K N is het dobbel van F K C, zoo is dan F K N $= 2z + 2y$: maer F K N was hier boven mede $= x + 2y$, zo is dan by gevolge $2z + 2y$ oock $= x + 2y$. Neemt ten wederzyden wegh $2y$, zo komt $2z = x$; 't welk stonde te bewyzen.

Ofte wel aldus, gelijk my door een groot liefhebber is getoont: Den boogh K B ofte z is $= a + \frac{1}{2} b - c$. Want B D is $= a$, D F $= \frac{1}{2} b$; van beyde genomen F K ofte c, zoo is K B ofte $z = a + \frac{1}{2} b - c$. Dit ten wederzyden verdobbelt, zo is $2z = 2a + b - 2c$: maer volgens den eersten regel van Descartes was x mede $= 2a + b - 2c$, zo is [3]) dan $2z$ mede $= x$. 't Welk wy mosten bewyzen.

Nu hier voren is in den tweeden regel bewezen, dat den hoek X Q R is gelijk $c - x$, zo is dan ook den zelven hoeck X Q R gelijck $c - 2z$, en bygevolge moet men van den boog F K alleenlijck aftrecken den boog K Z.

---

1) Door de 29ste en 15de van 't Eerste.
2) Door de 32ste van 't Eerste.
3) Door de 1ste gem. bek. van 't Eerste.

Cum itaque arcus K N etiam arcui F K aequalis sive c sit, i. e. 95 gradus 22 min., secundum duas regulas praecedentes pro x, sive angulo O N P i. e. arcu K Z $= 2a+b - 2c$, obtinemus 40 gradus 57 min., et pro X Q R sive arcu Z N, i. e. $c - 2z$, $54^0\ 25'$.

E praecedentibus itaque clare cernitur arcus K N sive c aequalis esse utrique Iridi, et arcu hocce K N in duas aequales in L diviso partes, K L sive $^1/_2\ c$ aequalem esse

Den boog K N dan mede zijnde zo groot als den boogh F K, ofte *c*, dat is 95 graden 22 minuten, zoo bekomt men volgens de twee voorgaende Regels, voor *x* of den hoek O N P, dat is den boog K Z $= 2\ a + b - 2\ c$, 40 graden 57 minuten; Ende voor X Q R, ofte den boog Z N, dat is $c - 2\ z$, 54 graden, 25 minuten.

Men ziet dan klaerlijck uyt het voorgaende, dat den boogh K N ofte *c* zoo groot is, als beyde de Regenbogen, en dat, als men dezelve boogh K N in twee gelyke deelen deelt in L, K L ofte $\frac{1}{2}\ c$ zoo groot is als twee halve Re-

duabus dimidiis Iridibus, ideoque K B sive z ipsum dimidium esse Iridis inferioris sive anguli O N P; et B L i. e. $\frac{1}{2}\, c - z$ dimidium superioris Iridis sive anguli X Q R; unde procedit solutio duarum quaestionum delectabilium, de quibus initio jam dicebamus, scil. quomodo inveniamus maximam inferiorem Iridem, in amplitudine sua determinatam

genbogen, en dat mitsdien K B ofte z net de helft is van den ondersten Regenboogh, of den hoeck O N P; en B L zijnde $\frac{1}{2}c - z$ net de helft is van de bovenste Regenboogh, ofte den hoeck X Q R; waer uyt dan vloeyt de oplossinge van twee vermaeckelijcke Werkstucken, waervan wy in 't begin iet hebben gesproken, te weten, hoe men den aldergrootsten ondersten Regenboog, die in zyne groote

per umbram desuper procedentem, et minimam superiorem Iridem, in parvitate sua determinatam per umbram inferiorem.

Tamquam refractionis ratio enim in quaestionibus includebatur et per Algebrae sagacitatem et Domini Hudde regulam inveniebatur sinus arcus K B maximus et rursus arcus B L minimus, sive minimus maximusque sinus eorum arcuum; unde hujus artis studiosus arcus hosce in charta determinans, inquirit quanam altitudine coeli Iris maxima inferior superiorque minima se ostendant.

At quia parvi nostri laboris illum fructum habuimus, ut hujus solutio nobis ab amica manu provenerit, neque tamen ab una parte novitios nimis gravare vellemus, ab altera parte lectorem peritum delectatione privare nolumus, hujus pluriumque aliarum quaestionum, quas adjungere possemus, per tabulas gonometricas earumque Logarithmos ipsos quaerendi inveniendique.



bepaelt is door de schaduwe van boven, en den alderkleynsten bovensten Regenboog, die in zyne kleynte bepaelt is door de schaduwe van onderen, zal kunnen vinden.

Want, als de reden van de refractie in de Werkstucken wert ingesloten, en door de behendigheydt der Stelkonst, en den Regel van de Heer Hudde wert gevonden den groosten sinus van den boogh K B en wederom den kleynsten sinus van den boogh B L, ofte wel den kleynsten en groosten sinus van hunne schilboogen: zo ondersoekt den Oeffenaer van deze konst, door het bepalen van deeze bogen op het papier, op welcke hooghte sich den grootsten ondersten Regenboogh, en de kleynste bovensten Regenboogh aen den Hemel zal vertonen.

Maer dewyle wy voor de kleyne moeyte, die wy hebben genomen, deze vrught hebben genoten, dat de oplossinge hier van ons van goeder handt is toegekomen, ende wy de nieuwelingen aen d'eene zyde niet geerne te veel zouden beswaren, zoo willen wy aen d'andere zyde den ervaren Lezer het vermaek niet benemen, van de ontbindinge van deze en meer andere Vragen, die wy hier zouden kunnen byvoegen, door de Hoeckmaets Tafelen en hare Logarithmen, zelfs te zoeken en te vinden.



ERRATA TYPOTHETICA IN PRAECEDD. EMENDANDA.

Index.	P. II c. III.	pro	*cognitione*	leg.	cognitio.
Pag.	4 in annot.	"	*ipsa*	"	ipse.
"	6 reg. ultima	"	*habeat*	"	habet.
"	10 in annot.	"	*acsi*	"	quasi.
"	16 " " 1)	"	*quantum*	"	quanto.
"	18 reg. 2	"	*num*	"	utrum.
"	" " 4	"	*Annum*	"	an.
"	" " 7	"	*quod*	"	ut,.
"	" in ann.	"	*nequeret*	"	nequiret.
"	20 reg. "	"	*num*	"	utrum.
"	" " 8 ann.	"	*benepotens*	"	potens quidem.
"	22 " 1	del.	*nis.*		
"	30 " 6	pro	*adhibi*	"	adhiberi.
"	" " 4 sursum	"	*dixi*	"	dixerim.
"	42 " 3	"	*producat*	"	producit.
"	44 " 1	"	*quod*	"	ut.
"	48 " 16	del.	*quod.*		
"	52 " 2 sursum.	pro	*in Deo*	"	Deus.
"	60 " 1 sursum.	"	*ea*	"	eo.
"	72 " 1 ann.	"	*-as-as*	"	-ae-ae.
"	76 " 4 sursum	"	*cognitioni*	"	cognitionis.
"	90 " 7ann.sursum	"	*quam*	"	ac.
"	96 " 9	"	*nanciscamur*	"	nanciscimur.
"	97 in inscriptione	"	*liefden*	"	weten.
"	104 reg. 1 sursum	"	*praefert*	"	praeferre.
"	118 " 10 et 11	"	*illa* et *ea*	"	illo *et* eo.
"	122 " 2	"	*sint*	"	sunt.
"	128 " 4	"	*conare debemus*	"	conari debeam
"	132 " 1 sursum	"	*veram*	"	verum
"	176 " 7 "	"	*in*	"	in quo.
"	194 " 3 ann. 2)	"	*cordem*	"	cor.
"	196 " 2 ann. 1)	"	*aliud*	"	alia.
"	200 " 3 "	"	*experientae*	"	experientia.
"	212 " 10 sursum	"	*renumeret*	"	remuneret.
"	216 " 5 "	"	*fulgurem*	"	fulgura.
"	218 " 9 "	"	*nature*	"	natura.
"	226 " 6 "	"	*liberissima*	"	liberrima.
"	246 " 11 "	"	*illae*	"	illas.
"	254 " 5 et 10	"	*habernus* et *videbat*	"	habemus *et* vive

COLLECTANEA AD VITAM SPINOZAE

EJUSQUE ET ALIORUM

EPISTOLAE,

SIVE NONDUM SIVE MINUS INTEGRE
HUCUSQUE EDITAE.

IN SEQUENTIBUS CONTINENTUR:

EDICTUM QUO SPINOZA A JUDAEIS EXCOMMUNICATUS EST.

VRIEZII AD SPINOZAM EPISTOLA INTEGRIOR, CUM RESPONSO.

SPINOZAE EPISTOLA AD BLYENBERGHUM ULTIMA BELGICE.

OLDENBURGII EPISTOLAE DUAE INEDITAE.

SPINOZA AD ANONYMUM (BRESSER?) EPISTOLA INEDITA.

SCHALLERI AD SPINOZAM EPP. DUAE, INTEGRIOR ET INEDITA.

SPINOZAE AD SCHALLERUM EPISTOLA INEDITA.

TSCHIRNHAUSII ET CHRIST. HUGENII EPISTOLAE INEDITAE.

COLLECTANEA AD SPINOZAE VITAM ET EPISTOLAS.



1.

Praefationi Hollandicae tractatus de Deo, etc. versioni praefixae, brevis quaedam philosophi vitae narratio inserta est, ipso testante auctore ex Coleri maxime excerpta, quamque igitur hic de novo edentes supervacaneum prorsus laborem faceremus. Annotemus tantum perpauca quae hic illic addita invenimus, et primum quidem aedes philosophi natales fuisse ad canalem dictum *Houtgracht*, veteri Judaeorum e Portugali ecclesiae proximas, quibusque anno 1743 novum datum est culmen, inscriptione *'t Oprechte Tapijthuys* ornatum [1]). Quod quidem culmen hodie non amplius exstat, ipsis aedibus posteriore tempore in duas divisis minores. Ecclesia vero dicta, anno 1670 ad canalem Mudensem nova extructa, in domum privatam transmutata est, cujus in loco postea Ecclesia Romano-Catholica, a vetere illarum aedium quadam inscriptione Mosis et Aäronis dicta, aedificata est.

§ 2.

Quod ad historiolam illam de Medici F. van den Ende filia attinet, notandum hancce, nomine suo Claram Mariam,

---

1) „Op de Hout-gragt, naast de oude Portugeesche kerk, in een fraai koopmanshuis, waarvoor in het jaar 1743 een nieuwe gevel, en in die 't Oprechte Tapijthuys is gezet."

anno demum 1671, aetatis 27°, Diderico Kerckkrinck, aetatis 32 annorum, matrimonio junctam fuisse [1]. Difficile igitur Kerckkrinckii rivalem Spinozam habere possumus, qui, puellam illam si unquam conjugem ducere cupierit, dudum antea eum hoc sibi proposuisse necesse est, quam cum Rhenoburgi vel Voorburgi Hagaeve Comitum degens de matrimonio ineundo cogitare omnino non potuit.

§ 3.

Minus recte dicunt Spinozam circa annum 1660 a Judaeis excommunicatum fuisse. Quod enim exhibebo excommunicationis documentum erae Judaicae annum 5416m, Christianae 1656m, prae se fert. Debeo illud humanissimae liberalitati Viri plurimum venerandi J. v. Raphael Jesschurun Cardozo Ecclesiae Portugensis, quae Amstelodami est, a secretis:

Anathema quod edictum est de sanctuario die 6o mensis Ab contra Baruch de Espinoza.	*Herem que se publicou da Theba em 6de M contra* Baruch de Espinoza.
Consilii Ecclesiastici domini Vobis communicant, quod jam dudum cognoscentes malas opiniones operaque mala	Os SSrs do Mahamad fazem saber a Vms, como ha diaz que tendo noticia das mas opinioens e obras de Baruch

1) Uti patet ex annotatione sequente in Tabulis publ. Amstelodamensibus vulgo *Puyboecken* dictis: „5 Febr. 1671, Dirck Kerckkrinck, van Amsterdam, Med. Doct. oud 32 jaer, ouders dood, geadsisteert met sijne moey Petronella Kerckkrinck, woont op de Keyzersgraft, ter eenre — en Clara Maria van den Ende, van Antwerpen, oud 27 jaer, geadsisteert met Franciscus van den Ende, woont op de Cingel, ter andere zijde."

Baruchii de Espinoza, per varios studuerunt modos et promissiones eum a malis distrahere viis [1]); cum vero nihil in eo remediari potuerint, e contrario autem quotidie magis cognoscerent horribiles ejus hereses ab eo actas doctasque, et insolentia, quae operabatur, opera, cumque multos ejus rei fide dignos tenerent testes [2]), qui deposuerunt et testati sunt, dicto Espinoza praesente, a quibus convictus fuit; examine de omnibus habito, in praesentia Dominorum Sapientium, deliberaverunt, ipsis assentientibus, dictum Espinozam anathematizare et sejungere a natione Israëlis, uti jam eum in anathema ponunt, cum anathemate sequente:

Judicio angelorum sanctorumque judicio anathematizamus, sejungimus, maledicimus et execramus Baruch d'Espinoza, assentiente tribunali Ecclesiastico, et consen-

de Espinoza, procurarao por differentes caminhos e promessas, retiralo de seus maos caminhos, e nao podendo remedialo, antes, pelo contrario, tendo cada dia mayores noticias, das horrendas heregias que praticava e ensinava, e ynormes obras que obrava, tendo disto muitas testimunhas fidedignas, que depuzerao e testemunharao tudo em prezença de ditto Espinoza, de que ficou convencido: o qual tudo examinado em prezença dos SSrs Hahamim, deliberarao com seu parecer que ditto Espinoza seja enhermado e apartado da naçao de Israël, como actualmente o poin em Herem, com o Herem sequinte:

Com sentença dos Anjos, com ditto dos Santos, nos enhermamos, apartamos e maldisoamos e praguejamos a Baruch de Espinoza, com consentiminto del D. B. e consentimto de todo este K.K. diante dos santos Sepharim

---

1) Pertinet quoque huc sine dubio quod narratur in vita Spinozae de stipendio ei a Judaeis promisso.

2) Facile quis inter eos recognoscet falsos illos amicos de quibus in vita Spinozae sermo est „qui se disant ses amis particuliers le conjurèrent de leur dire ses véritables sentiments," etc.

tiente omni ista sancta communitate, coram sanctis libris, cum sexcentis et tredecim preceptis, quae in iis scripta sunt, cum anathemate quo Josua Jerichontem anathematizavit, cum maledictione qua Elisa pueris maledixit, et cum omnibus maledictionibus quae in libro legis scripta sunt: maledictus sit per diem et maledictus sit per noctem, maledictus sit in dormiendo at maledictus sit in exsurgendo, maledictus sit in exeundo et maledictus sit in intrando; Dominus nunquam illi ignoscere velit, furorem Domini et zelum in hominem istum posthac ardere faciat, illique imponat omnes maledictiones, quae scriptae sunt in libro legis, et destruet nomen ejus infra coelum, et Dominus sejunget eum in malum ab omnibus Israelis tribubus, cum omnibus maledictionibus firmamenti, in libro legis; et vos Domino Deo vestro adhaerentes vos omnes hodie salvete!

estes, com os seis centos e treze preceitos, que estao escritos nelles, com o Herem que enhermou Jeosuah a Jericho, com a maldissao que maldixe Elisah a os Mossos, e com todas as maldisois que estao escrittas na ley; malditto seja de dia e mal ditto seja de noite, malditto seja em seu deytar e malditto seja em seu levantar, malditto elle em seu saijr e malditto elle em seu entrar; nao querera A. perdoar a elle, que entonces fumeara o furor de A. e seu zelo neste homem, e yazera nelle todas as maldisois, as escritas no Libro desta Ley, e arematara A. a seu nome debaixo dos Ceos, e apartalo-a A. para mal, de todos os tribus de Israël, com todas as maldisois do firmamento, as escritas no Libro da Ley esta; e vos os apegados com A: vosso Ds vivos todos vos oye!

Advertentes, quod nemo eum alloqui possit oraliter, nemo per scriptum, nemo ei

Advirtindo que ninguem lhe pode fallar bocalmente, nem por escrito, nem dar lhe

facere possit ullum favorem, nemo sub tecto cum illo stare, nemo quatuor distantibus ulnis, nemo documentum ullum legere ab eo factum vel scriptum.

nemhum favor, nem debaixo de techo estar com elle, nem junto de quatro covados, nem leer papel algum feito ou escrito por elle.

Apologia, quam a Spinoza, in anathematis hujus responsionem scriptam dicunt, hodie saltem non amplius exstat.

§ 4.

Quo tempore anathemate interdictus est, Spinozam absentem fuisse cognitum est, cumque vita nostra manuscripta disertis nobis narret verbis eum, post togam a zelota quodam ictu perforatam, Amstelodamum reliquisse et ruri habitationem quaesivisse [1]), verisimile est eum jam tunc urbem inter et Ouderkerkam apud familiarem istum recessisse, quocum ad ultimum anno 1660 Rhenoburgum se contulit. Cognitum enim est anno sequenti Oldenburgum eum ibi visitasse. Eum vero cum hospite Ouderkerckiano illuc venisse rursus e vita M. S. nostra patet, ubi legimus philosophum cum eo habitasse usque ad tempus quo *cum eo* Rhenoburgum se recepit [2]). Videtur igitur hospes ille eorum sectae adnumerandus, qui *Rijnsburgers* vel *Collectanten* dicti, illo in vico, ad initium usque hujus seculi versati sunt, quibuscum — nonnullis saltem eorum, uti et Mennonitarum — Spinozam et deinde amicitia junctum fuisse scimus, quorumque ex Orphanotropheo Amstelodamensi — *de Oranjeappel* inscripto — nobis hodie Spinozae Tractatus cum vita manuscripta epistolisque provenerunt.

—

1) „Dit geval bewoog hem om zich voor altoos van haare samensprekingen en verkiezingen te ontslaan, en, ver van zijne vrienden en bekenden, Amsterdam te verlaaten en op het land zijne woonplaats te neemen."

2) „Totte tijt hy sich *met deselve* na Rijnsburg by Leiden begaf."

Rhenoburgi philosophus admodum parvam habitavit domum, quae et hodie ibidem exstat, inscriptione sua ex anno 1667 cognitu facilis:

Ach, waren alle menschen wijs,
En wilden daarby wel:
De aard waar haar een Paradijs,
Nu is ze meest een Hel. [1])

Cohabitavit cum eo — anno saltem 1663 — adolescens quidam, nomine tantum casearii (contubernalis?) nobis indicatus, in quo vero recognoscere vellemus Albertum istum Burghium cujus ad Romano-Catholicismum transitus, duodecim annos post, indoli non contradicit anno 1663 a Spinoza ei — uti jam videbimus — adscriptae. Inter epistolas enim autographas nostras exstant quoque illarum originales quae numeris 26 et 27 in Bruderi editione leguntur, quasque hic integriores edituri consulere quoque poterimus de variis a prioribus editoribus minus recte omissis. Patet enim ex iis et quod hic de adolescente isto jam annotavimus, et inter adolescentes Amstelodamenses — Judaeos quam maxime, uti videtur — nonnullos habuisse Spinozam discipulos, collegio quodam convenientes, in quo philosophi

---

1) Versus sunt noti poëtae D. Rz. Kamphuyzen; ibi vero domicilium habuisse Spinozam a vita m. s. docemur, quae autem minus recte annum inscriptionis 1660 indicat: „Het Huys, waerbinnen hy in dit dorp gewoond heeft, staat aan het westeinde van hetzelve, bezuyden de Vliet, tusschen de wagen-weg en het voetpad naar Katwijk aan den Rijn, in de laan, en is kennelijk door een steen, die in haar gevel staat, waarin is uytgehouwen het 15e en laatste vers van den Meysche Morgenstond," etc.

Spinozae nomen Rhenoburgi domus illius causa nondum in oblivionem ivit; via enim, ad quam sita est, et hodie interdum „Spinoza-laantjen" audit. —

manuscripto duce, in philosophiam ejus moralem incumberent. Cujus ut jam certiores fiamus ipsas hic adeamus epistolas:

(Ep. Bruderi XXVI[a]).

Amice integerrime,

Jam dudum exoptavi tibi *semel*[1]) adesse, sed tempus magnaque hiems non satis mihi propitia fuerunt. *Aliquando de sorte mea queror, quod nobis intercedit spatium, quod nos ab invicem tam longe dividit. Felix, imo felicissimus tuus socius casuarius sub eodem tecto remorans, qui inter prandendum, coenandum, ambulandumque tecum optimis de rebus sermones habere potest. Quamvis autem corpora ab invicem tam longe diversa sint*, animo tamen saepissime praesens adfuisti meo, *praesertim tuis in scriptis cum versor manibusque tracto. Sed cum nostris collegis non omnia satis clara appareant (ideoque iterum collegij initium fecimus), neque me tui immemorem esse putes*, animum ad hasce litteras scribendas appulj.

Collegium quod attinet, eo instituitur modo: Unus (sed suae cuique vices) perlegit, pro suo conceptu explicat porroque omnia demonstrat secundum tuarum propositionum seriem ac ordinem; tum, si accidat, ut alter alteri satisfacere non possit, operae pretium esse duximus illud annotare atque ad te scribere, ut, si possibile, nobis clarius reddatur et duce te contra superstitiose religiosos christianosque veritatem defendere, tum totius impetum mundi stare possimus. Quare cum prius perlegentibus explicantibusque definitiones non omnes nobis clarae videbantur, non idem de natura definitionis judicium tulimus. Iterum, te absente, auctorem quemdam mathematicum sc. qui Borellus vocatur, consuluimus, ille enim definitionis naturae, axiomatis, et postulati mentionem facit, atque aliorum de ea re sententias affert. Ipsius vero sententia sic sonat, etc. (Reliqua uti in editione vulgari; deinde vero:)

---

1) Belgicismus, ab editoribus recte correctus.

Porro definitio 3tia *nobis non satis constat; in exemplum attuli quod Dominus mihi dixit* Hagae Comitis [1]) sc. quod res duobus modis potest considerari, vel prout in se est vel prout respectum habet ad aliud; uti intellectus, vel enim potest considerari sub cogitatione vel ut constans ideis. Sed quaenam hic esset distinctio, non bene videmus. Nam existimamus, quod nos, si cogitationem recte concipiamus, oporteat comprehendere sub ideis, quia remotis ab ea omnibus ideis cogitationem destrueremus. Qua de re cum exemplum nobis satis clarum non est, manet adhuc res ipsa aliquo modo obscura et alteriore explicatione indigemus. Novissime, *in scholio* 3*tio prop.* 8, *habètur ab initio:* ex his apparet, etc. *Hic Dominus videtur supponere,* substantiae naturam, etc. *In quod etiam clariorem explicationem te rogamus,*

Porro gratias ago maximas pro tuis scriptis, *mihi a P. Balling communicatis*, *quae magno me gaudio affecerunt*, *sed potissimum scholium prop.* 19. *Si hic et tibi in aliquo quod in mea potestate sit*, *servire possim*, *ibi tibi sum; tantum opus*, *ut me scientem facias. Ego collegium anatomiae inivi*, *medium fere absolvi; absoluto incipiam chimicum*, *sicque suasore te percurram totam Medicinam. Desino et exspecto responsionem*, *et a me sis salutatus*, *qui sum*

Tibi addictissimus
S. J. d'Vries.

1663. Datum Amstelodami,
die 24 Februarij.

S. *Benedictus Spinosa*
Tot
1663. *Rijnsburgh.*

---

1) Ibidem Spinozam pro tempore saltem versatum fuisse, jam ab auctore vitae nostrae m. scriptae hinc inducitur, coll. ep. 9 ad Oldenburgium.

RESPONSIO.

(Ep. Brud. XXVIIa.)

Amice colende,

Tuas mihi dudum desideratas literas accepi; pro quibus tuoque erga me affectu maximas habeo gratias; non minus mihi quam tibi diuturna tua absentia molesta fuit; interim tamen gaudeo, quod meae lucubratiunculae tibi nostrisque amicis usui sint. Sic enim dum abestis absens vobis loquor. Nec est quod caseario invideas; nullus nempe mihi magis odiosus nec a quo ego magis cavere curavi quam ab ipso; quamobrem te omnesque notos monitos vellem, ne ipsi meas opiniones communicetis, nisi ubi ad maturiorem aetatem pervenerit [1]. *Nimis adhuc est puer parumque sibi constans, et magis novitatis quam veritatis studiosus. Verum puerilia haec vitia ipsum paucis post annis emendaturum spero; imo, quantum ex ipsius ingenio judicare possum, fere pro certo habeo; quare ejus indoles me eum amare monet.*

Quod ad quaestiones in collegio vestro (satis sapienter instituto) propositas attinet, video *vos* iis haerere, etc. (Reliqua uti in ed. vulg.)

§ 5.

Anni 1664 mense migrationi quam maxime destinato, nempe Majo, Voorburgum transmigrasse philosophum, ex epistola ejus XXIXa deducendum; vitae M. S. compilator narrat eum hospitem ibidem habuisse Daniëlem Tydeman

---

1) Facile inde deduces et Burghium adolescentem fuisse cui *Principia philosophiae Cartesianae* destinata fuere, cum Amstelodamensibus e contrario Spinoza verum suum systema exponeret.

pictorem ad viam dictam *Kerklaan* [1]), quem liberaliores fovisse ideas quam quae tunc temporis in Ecclesia Reformata valebant, certiores fimus e documento a nonnullis Voorburgi incolis novi V. D. Ministri causa, civitatis Delphensis — vici dominae illo tempore — Magistratui anno 1665 exhibito, in quo allegant nonnullos, uti Rotteveel et *Daniel Tydeman* se ministro, quem optant, opponere, et „Tydemanni contubernalem, Spinozam quendam, a Judaeis parentibus ortum, atheistam (uti dicitur) etc." rogationem composuisse, qua candidatum suum magistratui commendaverunt 2.

Anno exeunte, epistolis suis Blyenberghius Spinozam adgressus est, quae Latine versae in collectione editae sunt; earum tres autographae conservatae sunt, quas tamen in originali hic addere, omnino supervacaneum videtur. Notemus tantum secundam (Bruderi XXXIII[m]) inscriptionem ferre: „Mijnheer, D'heer Benedictus de Spinosa, *op den langen Boogaert*, buyten Schiedam", ubi per hebdomades aliquot philosophum, apud Vriesii sui Amstelodamensis fratrem, versatum fuisse, ipsis ex epistolis cognitum est.

Ultima Spinozae ad Dordracenum epistola (Bruderi XXXVIII[a]) Hagae Comitum in Archivis Neerlandicis autographa exstat; quae, quippe unica Neêrlandice a philosopho scripta, hic sequatur:

Mijnheer en vriendt

Toen ik UE brief van den 27 Maart ontfing, was op mijn vertrek na Amsterdam, en derhalve ik die maar half gelezen thuys liet, om tegen mijn wederkomst te beantwoorde, denkende, dat se niet anders begreep als dingen noopende de eerste quaestiën; maar die daar na lesende, bevont se

---

1) „Zijnde hier wonachtig in de Kerklaan, ten huyse van Daniël Tydeman, meester schilder, die hem waarschijnlijk de eerste aanleiding en kennis tot de Teekenkonst gegeven heeft."

2) Plura de hisce vide in meo *Baruch d'Espinoza*, cap. VII. Rogatio ipsa non amplius adest.

van een heel anderen inhout, en niet alleen het bewijs van die dingen versoekende, die alleen om ieder van mijn gevoelen en meening te waarschouwen, maar niet om ze te bewijse noch om te verklaaren, heb in de voorreden laten setten, maar ook van een groot deel van de Ethica, die, gelijk een ieder weet op de metaphisica en phisica gegront moet werden; en derhalve heb niet konnen resolveren daarop te' voldoen, maar gelegenthijt gewenst om mondeling, op het vriendelijkst te moogen versoeken van u versoek te willen afstaan, en dan sou ik met eenen reden van mijn weygering geven, en eindlijk toonen, dat die dingen tot de solutie van UE-eerste questie niet en doen, maar in tegendeel de meeste van die questie af te hangen. So dat het var is, dat men mijne meening aangaande de noodsaaklikhijt der dingen sonder de solutie van dese nieuwe vraagens niet sou konnen verstaan, dewijl de solutie van deze en wat er toe behoort niet kan gevat werden, sonder dat men die nootsaaklickheyt ter degen verstaat. Want, gelijk UE weet, der dingen nootsaaklikhijt raakt de methaphisica, en de kennis van die moet altijd voorafgaan. Doch eer ik die gewenste gelegenthijt heb konnen krijgen, heb ik deze week weer een brief onder cubert van mijn hospes ontfangen, die eenige misnoeging, door het lange waghten veroorzaakt, schijnt te toonen, en daarom my genoodzaakt heeft, deze wijnige regels te schrijven, om mijn resolutie en voorneem in 't kort te seggen, gelijk ik nu al gedaan heb. Wil hoope, dat UE de saak overwoogen hebbende sal van sijn versoek willigIijk afstaan, en niet te min sijn goede genegenthijt mywaart behowe. Van mijn kant, in al wat ik ben of mag, zal toonen dat ik ben UE. toegenegen Dr

Voorburg, den 3 Juni[1]) 1665. B. de Spinoza.

Mijnheer, mijnheer Willem van Bleyen Bergh
Pontgaarder tot Dort by de groote kerck.

---

1) Male igitur apud Bruderum mensis Aprilis indicatur.

§ 6.

Praeter Blyenbergicas hujus temporis Oldenburgii quoque epistola, et haec latine quidem scripta et inedita superest, cui — quippe, uti videtur, mensis Septembris 1665 — inter Bruderianas XIII et XIV locum dare debebimus:

Vir praestantissime, colendissime amice,

Ex postremis tuis, 4 Sept. ad me exaratis literis [1]), elucet, tibi nostra non obiter cordi esse. Devinxisti non me modo sed praenobilem Boylium nostrum, qui tibi mecum eo nomine maximas gratias agit, omni officiorum genere, quae quidem ab ipso proficisci possunt, humanitatem et affectum tuum data occasione compensaturus; idem quoque de memetipso firmiter tibi poteris persuadere. Sed virum illum quod spectat nimis officiosum, qui nonobstante illa versione tractatus de coloribus, quae hic jam expedita est, adornare aliam voluit, sentiet fortassis se male sibi praepostero illo studio consuluisse. Quid enim de ipsius fiet translatione si author Latinam illam, hic in Anglia paratam, quamplurimis experimentis, quae in Anglico non reperiantur, fecerit auctiorem? Necesse est nostram brevi nunc disseminandam suae omnino tunc praeferri et multa pluris apud quosvis sanos aestimari. Sed abundet suo sensu, si velit: nos nostra, prout maxime consultum visum fuerit, curabimus.

Kircheri Mundus Subterraneus nondum in mundo nostro Anglico comparuit, ob pestem omnia fere commercia prohibentem. Accedit bellum atrocissimum quod nonnisi malorum Iliada secum trahit et humanitatem omnem tantum non in mundo exterminat. Interim tamen, licet societas nostra philosophica nullos, periculoso hoc tempore, coetus

—

1) Non amplius extant, uti nec eae quibus Spinoza hisce Oldenburgii litteris respondit.

agit publicos: hi tamen illive ejus socii, tales se esse non obliviscuntur. Hinc alij experimentis hydrostaticis, alii anatomicis, alii mechanicis, alii aliis privatim incumbunt. Dnus Boylius originem formarum et qualitatum, prout ea hactenus in scholis et a paedagogis tractata fuit, sub examen vocavit et tractatum de eo (haud dubie insignem) praelo brevi subjiciendum concinnavit. Video te non tam philosophari quam, si ita loqui fas est, theologizare, de angelis quippe, prophetia, miraculis cogitata tua consignas; sed forsan id agis philosophice [1]): utut fuerit, certus sum opus esse te dignum et mihi imprimis desideratissimum. Cum difficillima haec tempora commerciorum obstent libertati, id saltem rogo, ut consilium et scopum tuum in isthoc tuo scripto mihi in proximis tuis significare non graveris.

Quotidie nova hic exspectamus de secundo praelio navali, nisi forte classis vestra se rursum in portum subduxerit. Virtus, de qua disceptari inter vos innuis, ferina est, non humana. Si enim juxta rationis ductum agerent homines, non ita se invicem dilaniarent, ut est in propatulo. Sed quid queror? Vitia erunt donec homines, sed nec illa perpetua et interventu meliorum pensantur.

Dum haec scribo, traditur epistola ab insigni illo Astronomo Dantiscano, Dno Johanne Hevelio, ad me scripta, in qua inter alia mihi significat, Cometographiam ipsius sub praelo sudasse, et paginas jam 400 sive 9 libros priores absolutos esse. Indicat praeterea se mihi exemplaria aliquot transmisisse Prodromi sui Cometici, in quo priorem binomen nuperorum cometarum fuse descripserit, sed ea nondum ad manus meas pervenerunt. Statuit insuper de posteriori quoque cometa librum alium edere et doctorum judicio subjicere.

---

1) Nimis omnino philosophice pro scriptoris captu; vide quae postea de Tractatu Theol. Pol. Spinozae objecerit, in epistola Brud. 2a et in ea, quam infra § 10 exhibebimus.

Quid, amabo, vestrates judicant de Pendulis Hugenianis, inprimis de illorum genere, quae adeo exactam temporis mensuram exhibere dicuntur, ut longitudinibus in mari inveniendis possint inservire? Quid etiam fit de ipsius Dioptrica et tractatu de motu quem utrumque diu jam exspectavimus. Certus sum eum non otiari; scire tantum cuperem quid promoveat. Tu optime valeas et amare pergas

Tui studiosissimum
H. O.

A Monsieur
Monsr Benedictus Spinoza
à la Haye.
In de Baggijnestraet,
ten huyse van mr Daniel de schilder [1]*,*
in Adam en Eva.

§ 7.

Inter eas, quae jam editae sunt, Spinozae epistolas, litterae ejus occurrunt quoque [2]) ad Amstelodamensem quendam amicum, initialibus tantum et titulo J. B. Med. Dr. nobis cognitum, quique iisdem initialibus versus quoque Latinos signavit, Spinozae Cogitatis Metaphysicis praemissos. Videtur autem mihi ignotus iste philosophi amicus juvenibus istis Amstelodamensibus adnumerandus, quorum et Vriesius unus, quique in collegio suo philosophi Ethicam manuscriptam tractare solebant.

Nomen autem habuisse videtur Bresseri, quod in epistola quadam anni 1675 invenitur, infra communicanda. Ad eundem virum doctum literae etiam sequentes ineditae nobis pertinere videntur, quae anno 1665, mense Majo vel Junio, scriptae fuere. De quibus vero mensibus cogitare

---

1) Videtur igitur Tydemannus Hagae quoque habitaculum habuisse.
2) Apud Bruderum XLII.

persuademur eo, quod in postrema ad Blyenberghium epistola 3ii Junij legimus, philosophum mense Aprili Amstelodamum se contulisse, quo de itinere et hisce in literis, ipso initio, sermo esse videtur. Deinde et classis in iis sermo fit, quae mensi Junij ineunte contra Anglos in mare missa est. Eas autem, a prioribus editoribus, quasi „nullius pretii" [1], sepositas, quam plurimum econtra valere ad amabilem philosophi indolem et generosum ejus animum melius cognoscendum, lectores judicare poterunt:

Amice singularis,

Nescio an mej prorsus oblitus sis; multa tamen concurrunt quae suspicionem afferunt. Primo cum profecturus tibi valedicere volebam et te, a te ipso invitatus, domi sine dubio offendere putabam, Hagam petiisse intellexi; revertor Voorburgum, nullus dubitans quin hic saltem in transitu nos inviseris, at tu, si Diis placet, insalutato amico, domum reversus et. Tres denique septimanas expectavi, nec hoc temporis litteras tuas videre contigit. Si igitur opinionem hanc meam a te amotam vis, tuis litteris facile amovebis, quibus etiam indicare poteris modum instituendi commercium nostrum epistolarium, de quo semel in tuis aedibus locuti sumus. Velim interim te enixe rogatum habere, imo jam per nostram amicitiam te oro rogoque, ut serium opus vero studio navare velis, atque intellectus animaeque cultui meliorem vitae partem sacrare digneris, jam, inquam, dum tempus est, et antequam de tempore, imo de te lapso conquereris. Porro ut de commercio nostro instituendo aliquid dicam, quo liberius mihi scribere audeas, scias me antehac suspectum fuisse et fere pro certo habere te tuo ingenio aliquomodo et magis quam par est diffidere, et vereri ne aliquid roges aut proponas, quod virum doctum non

1) Adscripserunt enim: „is van geender waarde."

redoleat. Verum te coram laudare et tuas dotes : non decet. Si tamen vereris ne ego tuas epistolı communicem, quibus postea ludibrio sis, de hac re tibi dehinc do, me eas religiose servaturum, nec ul talium, nisi tua venia, communicaturum. His cone bus commercium nostrum aggredi potes, nisi forte (fide dubites, quod minime credo. Tuam circa haec sententiam ex primis tuis litteris scire expecto, et sin quid conservae rosarum rubrarum, ut promiseras, q jam longe melius me habeam. Postquam inde profect venam semel aperui, nec tamen febris cessavit (quam quomodo agilior eram etiam ante venae sectionem; nor, propter aëris mutationem), sed tertiana bis aut te ravi; quam tamen bona diëta tandem expuli misi maximam malam crucem; nescio vero quo ivit, curo ne huc redeat.

Quod ad 3am partem nostrae philosophiae attinet aliquam brevi vel tibi, si translator esse vis, vel am Vries mittam; et quamvis decreveram nihil mittere quam eam absolverem, tamen, quia praeter sententia gior evadit, nolo vos nimis diu detinere; mittam ad 80 propositionem circiter. De rebus Anglicanis audio, nihil tamen certi; populus omnia mala su non cessat, nec ullus rationem aliquam invenire sci classi non immittantur habenae; at res quidem n videtur esse in vado. Vereor ne nostrates nimis veli docti et providi; res tamen ipsa tandem indicabit q animo gestiant quidve moliantur, quod Dii vertan Quid nostri ibi sentiant quidque certi sciant audir dero; sed magis et supra omnia, ut mej, etc.

§ 8.

Cum, quibus hic utimur epistolarum Spinozae autographis, ipsa illa esse pateat, quae philosopho mortuo ab hospite Van der Spijck librario Johanni Rieuwerts remissa sunt [1]), non mirum inter ea primos ab auctore exaratos epistolarum conceptus inveniri, quales jam in epistola praecedente atque illis ad Vriesium et Bresserum habuimus, quique nominis subscriptione privati tanquam tales se exhibent. Tertius adhuc similis epistolae conceptus invenitur, illius sc. quam ad Is. Orobio de Castro scripsit (ap. Brud. XLIX[a]), cujus hic ea de causa mentionem facere operae pretium habemus, quia in conceptu nonnulla ab ipso scriptore erasa fuere, quibus primum ex Velthusii „ineptiis" apud eum oriundum sensum nobis manifestat, mox in ipsa ad Orobio missa epistola verbis admodum mitigatis expressum. Legimus enim in conceptu, pro illis „ad libellum illius viri quem": „*ad ineptias* illius viri, cujus scriptum, etc.; pro „sed ad rem": „*tam enim versuti quam superstitiosi ignorantes malum animum habere solent. Quidquid sit ejus me maledicta nihil movent, quia novi qua ratione istud hominum genus assuetum sit viros ingenuos tractare. Ut igitur id, quod ostendere volo, breviter absolvam, pauca tantum ex multis quae dixit notabo, tu reliqua conijcito.* „Epistola porro procedit uti jam edita legitur usque ad § 5 mediam, ubi post *intelligat* pro sequentibus primum legebatur: „*Sed haec captum illius viri superare videntur, nec cum suo Cartesio concepisse (eum) credo, quod libertas non consistat in indifferentia, sed nos tum maxime liberos esse, cum rebus clare et distincte perceptis assentimus, tametsi impossibile est iisdem non assentire, quando eas ita percepimus.*" — Cetera uti in editione habentur.

---

1) Vide quae Paulus ex Kortholti Praefatione excerpsit in ed. sua, T. II, p. 669.

§ 9.

Inter eos qui post Spinozam cum eo comparari eique praeferri fere solent philosophi, Hanoveranus ille Leibnitzius praesertim nobis in exemplum proponitur; quippe qui (uti dicunt) fidem Christianam, a Spinoza nimis neglectam, cum philosophia arctissimo vinculo conjunxerit [1]). Alibi [2]) de vera Leibnitzianae ad Spinozae philosophiam ratione pluribus egi, statuens, quum Cartesianam Spinoza philosophiam a tenebris Ecclesiasticis liberavisset, Leibnitzium eam in ipsas illas tenebras iterum immersisse; quam argumentationem hic repetere inutile ducens, de virorum tantum commercio agam, ex epistola illa nobis primum cognito quam de Opticis Leibnitzius anno 1671 Spinozae scripsit. De qua, cum integra fere inter epistolas editas reperiatur, hic tantum addam ejus superscriptionem se habere: *A Monsieur Spinosa, Médécin tres célèbre et philosophe tres profond, à Amsterdam; par couvert.* Ceterum, quod in editione (apud Brud. p. 300) reticetur nomen amplissimi, non (uti in annotatione legitur) Diemerbroeckii est, sed Huddenii burgomestri illius Amstelodamensis mathematici cujus et in praefatione tractatus de Iride mentio fit. Additur insuper in fine: *P. S. si qua me responsione dignabere, curabit eam spero non illibenter Nobilmus Diemerbroeckius JCtus. Puto visam tibi hypothesin meam fysicam novam; sin minus, mittam.* Quo et in responsione Spinozae quod legitur P. S. (in ed. Brud. p. 302) melius intelligetur.

Non diu post, anni sequentis mense Januario, Leibnitzius,

---

1) Sic Galli imprimis, Cousin et (quo nemo de Spinoza ignorantius locutus est) Foucher de Careil, eorumque premens vestigia, apud nostrates Opzoomer. Rectius omnino recentioris philosophiae historiographus, Kuno Fischer, nec tamen et ille Spinozae ab omni parte aequus.

2) In Miscellaneis meis *Yselkout* (Deventer, 1855) p. 208 sqq. et nuperrime in libro citato *Baruch d'Espinoza*.

quasi non ipse commercium illud epistolarium cum philosopho jam habuisset, et tanquam de omnino sibi ignoto viro, magistro suo Thomasio scribebat: „Spinosa, Judaeus *ἀποσυνάγωγος, ob opinionum monstra, ut mihi ex Batavis scribitur;* ceterum homo omni literatura excultus et imprimis insignis opticus, praeclarorum admodum tuborum laborator" (*Epist. ad Div.* III. p. 63). Neque postea de monstris istis opinionum in scriptis suis majore favore locutus est, etsi (uti in sequenti § pluribus videbimus) anno 1675 Tschirnhausio suo Parisiis dicebat se *Tractatum Theologico-politicum* magni habere pretii. Quod vero a cl. Paulo jam observatum est, „satis sibi cavendum judicavit vir illustris, ne multum cum illo Judaeo, imo Atheo, communicasse videretur", idem a magno Leibnitzii e Gallis fautore Foucher de Careil (in opusculo *Réfutation inédite de Spinoza par Leibnitz;* Paris, 1854, pag. LXIII) animadvertitur: „Spinoza était au XVIIe siècle un philosophe compromettant, et c'était déjà pour beaucoup être suspect que de l'avoir visité." Hoc vero per Angliam Hollandiamque e Gallia redeuntem Leibnitzium fecisse ex epistola ejus ad abbatem Galloys cognitum est, ubi legimus: „je l'ai vu en passant par la Hollande et *je luy ay parlé plusieurs fois et fort long temps.* Il a une étrange métaphysique pleine de paradoxes." Ne vero in malam partem illud cum Spinoza commercium Hagae Comitum sibi haberetur, ubi in *Theodicea* sua (§ 376) narrat se eum visitasse, nomini ejus scriptoris politici P. de la Court nomen adjungit, et quasi de politicis tantum inter ipsos sermo fuisset, dicit: „je vis M. de la Court aussi bien que Spinoza à mon retour de France, et j'appris d'eux quelques bons anecdotes sur les affaires de ce temps-ci." Qua de re et supra-citatus Foucher: „Leibnitz" inquit, „toujours prudent, quelquefois même un peu diplomate, savait donner aux choses un tour fin auquel on se laisse prendre; — si l'on croit que l'entretien ne fut qu'anecdotique et plaisant, on se trompe." Leibnitzium vero nec

philosophi mentem nec viri summi veram indolem sive ex colloquiis istis sive ex ejus scriptis cepisse cuique facile ex iis patebit, quae de priore v. c. in epistola sua ad Nicasium anno 1697 scripsit: „que Spinosa n'a fait que cultiver certaines semences de la philosophie de M. Descartes," eoque in errorem de causis finalibus etc. ductus fuerit; imo, istis in causis tollendis summum Spinozae meritum ponendum erit, nec quod (uti alibi apud Leibnitzium legitur) necessitatem nimis urgeat philosophus, „in necessitatis partem nimis" inclinet, ei objiciendum. De quibus vero hic non amplius dicendi locus. Quod ad viri indolem a Leibnitzio non bene captam attinet, videatur quod in ed. Pauli (II 673) ex *Otio Hanoverano* excerptum legitur, Spinozam nempe „scripta sua imperfecta combussisse, ne sc. reperta post ejus obitum *gloriam, quam scribendo quaerebat*, imminuerent." Digna profecto vani non minus quam illustris hominis imputatio, cujus ab utraque parte veracitatem ipsa denegant facta. Nec enim imperfecta, nondum absoluta, sua scripta — Politicam, de intellectu Tractatum, cet. — combussit philosophus, nec comburiendi causam habere potuisset vanum tale gloriae desiderium qui Ethicae suae auctoris nomen quominus adderetur prohibuit, „nulla alia ratione, quam quia noluit, ut disciplina ex ipso haberet vocabulum." (Vide Praef. ad Opera posthuma p. 3 in f.) Quod si Spinozae indolis parum sui studiosae testimonium cum Leibnitzii contraria omnino agendi ratione conferas, profecto non dubitas anonymi illius Angli sententiam probare qui in diario *Westminster Review* (anno 1855) causam quaerens, cur „the influence of Spinoza has been so deep and enduring, while Leibnitz has only secured for himself a mere admiration of his talents; it is" inquit „because Spinoza was not afraid to be consistent even at the price of the world's reprobation, and refused to purchase the applause of his own age at the sacrifice of the singleness of his heart."

§ 10.

Praeter illam quam § 6 dedimus Oldenburgii epistolam, altera ejus inedita invenitur, qua ad Spinozae illam in Bruderi editione vicesimam quintam (p. 202 sqq.) respondit, quaque stolidiorem suam in philosophicis mentem manifestat, in eo vero quod de Christi resurrectione aeque literaliter ac cetera tractanda animadvertit, recte omnino judicasse dicendus erit.

Clarissimo viro Dom. Benedicto de Spinoza
Henr. Oldenburg
S. P.

In novissimis tuis 7 Febr. ad me exaratis supersunt nonnulla quae stricturam mereri videntur. Ais, queri hominem non posse, quod Deus ipsi veram sui cognitionem et sufficientes ad peccata vitanda vires negaverit, cum naturae cujusque rei nihil aliud competat, quam quod ex causa ejus necessario sequitur. At dico ego, quandoquidem Deus creator hominum ipsos ad sui imaginem formaverit, quae sapientiam et bonitatem et potentiam in conceptu suo videtur implicare, omnino sequi videtur, magis in potestate hominis esse mentem sanam quam corpus sanum habere, cum physica corporis sanitas a principijs mechanicis, sanitas vero mentis a προαιρέσει et consilio dependeat. Subjungis posse homines esse inexcusabiles et tamen multis modis cruciari. Hoc durum primo adspectu videtur, quodque probationis loco subnectis, ex morsu canem furentem excusandum quidem esse, sed tamen jure trucidari, rem conficere non videtur; cum ejusmodi canis occisio saevitiam argueret, nisi necessaria ad id foret, ut alij canes aliave animalia, et ipsi homines a furibundo ejusmodi morsu essent praeservandi. At si Deus mentem sanam inderet hominibus, uti potest, nulla foret vitiorum contagies pertimescenda. Et

sane crudele admodum videtur, Deum aeternis vel saltem diris ad tempus cruciatibus devovere homines ob peccata, quae nullatenus poterant ab ijs evitari. Ad haec totius S. Scripturae tenor id supponere et implicare videtur, posse homines abstinere a peccatis: abundat quippe abominationibus et promissis, praemiorum et poenarum denunciationibus, quae omnia videntur contra peccandi necessitatem militare, et poenarum evitandarum possibilitatem inferre. Quo negato, mens humana non minus mechanice quam humanum corpus agere dicenda foret.

Porro, quod miracula et ignorantiam pro aequipollentibus sumere pergis, hoc fundamento niti videtur, quod creatura possit debeatque infinitam creatoris potentiam et sapientiam perspectam habere; quod utique secus se habere mihi hactenus est persuasissimum.

Denique quod affirmas Christi passionem, mortem et sepulturam literaliter quidem accipienda esse, resurrectionem vero ejus allegorice, nullo, quod mihi apparet, argumento a Te fulcitur. Aeque literaliter tradi in Evangelijs videtur resurrectio Christi, ac reliqua. Et hoc resurrectionis articulo tota religio Christiana ejusque veritas nititur, eaque sublata Christi Jesu missio ac doctrina coelestis collabascit. Latere te non potest quantopere laboravit Christus a mortuis resuscitatus, ut discipulos suos de resurrectionis proprie sic dictae veritate convinceret. Omnia illa in allegorias vertere velle idem est, ac si quis omnem Evangelicae Historiae veritatem convellere satagat.

Pauca haec rursus in medium adferre volui pro mea philosophandi libertate, quam ut boni consulas, enixe rogo.

Dabam Londini d. 11 Febr. 1676.

Proxime de Regiae societatis studijs et exercitijs praesentibus tecum agam, si Deus vitam et valetudinem concesserit.

§ 11.

Quamquam, uti animadvertimus, in epistola praecedente Oldenburgium Theologiae suae nimis adhaerere videmus, eoque minus aptum se praebere ad illa capienda quae Spinoza philosophice tractaverat, eum tamen, ipso in epistola anteriore [1] teste, antea iniquiorem adhuc sententiam de Tractatu Theologico Politico fovisse scimus, tamquam „nimis immaturam" ab ipso deinde revocatam. Mentis illam in melius mutationem praesertim debuisse videtur Nobili cuidam Germano, e Lusazia oriundo, nomine Von Tschirnhaus, cujus in editione epistolarum vulgari mentio quidem non facta est, de quo vero integriora nostra autographa saepius loquuntur. Idem vir nobilissimus „amicus" est ille in LXIa epistola (apud Bruderum p. 323) a Spinoza citatus, ad cujus judicium in litteris praecedentibus de Spinozae et Cartesii de libero arbitio sententiis respondet, cujusque judicium illud, cum epistola anonyma hucusque Medicinae doctoris Amstelodamensis G. H. Schaller (collegii isti Spinozani sociis adnumerandi), ad Spinozam pervenit [2]). Minus itaque recte epistola haecce, uti et sequentium nonnullae, Meyeri haberi solet; aeque ac LXIIIa, LXVIIa, LXIX, LXXIa, Tschirnhausii est, cui „nobilissimo atque doctissimo viro" Spinoza epistolis suis LXIVa, LXVIIIa, LXXa et LXXIIa respondit. Epistola autem Spinozae LXVIIa ad Schallerum, virum „doctissimum expertissimum" data est, quippe qui Tschirnhausii „dubitationes" suis inseruisset litteris, quas jam integriores exhibebimus quam in epistola LXVa nobis datae sunt. Ad eundem Schallerum inedita quoque exstat Spinozae magni satis momenti epistola, e Bibliotheca Voorstiana pro-

---

1) Apud Bruderum p. 191.

2) „Misit mihi amicus noster J. R(ieuwerts) literas, quas ad me dignatus es scribere, una cum judicio *tui amici* (i. e. Tschirnhaus) de mea et Cartesii de libero arbitrio sententia, etc." l. c.

veniens cujusque apographum benevola Fred. Mulleri manus mihi transmisit.

Tschirnhausius anno 1651 in villa patris Kisslingswalda natus, juvenis circiter viginti annorum Hollandiam profectus erat, rei militari, uti videtur, operam daturus. Anno 1674 Amstelodami eum reperimus studiis philosophicis occupatum, et collegii Spinozani sociorum commercio gaudentem. Cartesianum se nobis praebet in epistola, ipsius causa m. Oct. die 8a a Schallero ad Spinozam missa, ubi in quaestione de libertate „Cartesii sententiae absolutam veritatem competere" dicit [2]). Paulo post ipsum Spinozam sive Hagae Comitum sive (uti probabilius fortasse) Amstelodami vidit, qui „praesens (ei) methodum indicavit, qua in indagandis necdum cognitis veritatibus," utebatur, quam „methodum valde praecellentem et tamen valde facilem" se expertum esse, in ep. primo anni sequentis mensi data. fatetur. [3] Mox. teste Schallero, Spinozam „intimius ei aperuisse sensum" dixit [4]. Versabatur tunc in Gallia, quo. mensibus aliquot in Anglia peractis, se contulerat: cujus itineris idem nos certiores reddit Schallerus in utraque. quam jam exhibebimus, epistola. In Anglia cum Oldenburgio et Boylio fuerat, quorum (uti jam dicebamus) „de Spinozae persona mirum conceptum" e Tractatu Theologicopolitico oriundum „ademerat"; in Gallia, Christiani Hugenii imprimis cura, Colberti filio in Mathematicis instructor datus est; ibidem et Leibnitzium cognovit, cujus deinde amicus studiorumque factus est comes quique (a. 1708) mortuum

---

1) Quod in hacce epistola ad illam de infinito (apud Brud. XXIXm) — quae ad Meyerum inscripta est — provocet, nil efficit. Quam enim Sp. in illa tractavit quaestio a sociis Amstelodamensibus omnibus potius profecta habenda est, Spinozaeque igitur responsio ad eos aeque generaliter scripta fuit, cujus deinde et Tschirnhausium participem reddiderunt.

2) Vide ep. Brud. LXIm.

3) Ilud ep. LXIIIa.

4) Vide quam adjiciemus ep. Schalleri d. 25a Julij 1675.

amicitiae illo testimonio honoratus est: „perdidi ego amicum veterem et praeclarum studiorum communium adsistorem.”[1] Plura autem deinde de eo ejusque studiis adhuc addituri, antea Schalleri Spinozaeque de quibus sermo fuit epistolas inspiciamus:

Vir nobilissime ac praestantissime,

Erubescerem ob diuturnum hactenus silentium meum, unde pro favore a benevolentia Tua mihi immerito exhibito ingratitudinis accusari possem, nisi et cogitarem, generosam Tuam humanitatem ad excusandum potius quam incusandum inclinare, et scirem eandem pro communi amicorum bono tam serijs vacare meditationibus, quales sine sontica turbare causa eidem noxium atque damnosum foret. Hanc itaque ob causam silui, contentus ex amicis prosperam Tuam valetudinem interea percipere, sed per praesentes significare nitor, eadem Nobilissimum amicum nostrum Dum de Tschirnhaus nobiscum in Anglia adhuc frui, qui ter in suis, quas ad me dedit, literis Domino summa officia cum salute honorifica impertiri jussit, me iterato rogans, ut sequentium dubiorum solutionem tibi proponerem, insimulque ad ea responsionem desideratam expeterem; nimirum. num placeret domino demonstratione aliqua ostensiva, sed non ad impossibile deducente convincere, nos non posse plura Dei attributa cognoscere quam cogitationem et extensionem; praeterea, num inde sequatur, quod creaturae quae alijs attributis constant econtra nullam possint concipere extensionem, etc. [uti in ep. LXV apud Brud. p. 330; deinde:]

Atque haec sunt qnae a praestantia Tua praedictus noster Tschirnhaus illustrari mecum desiderat, si forte otium subsecivum id concesserit; caeterum refert Dm Boyle et Oldenburg mirum de Tua persona formasse conceptum, quam ipse eisdem non solum ademit, sed rationes addidit,

---

1) *Ep. ad Div.* III p. 73.

de causa quam quia authori placuit (cum non dubitem, quod ipsi tam planae fuerunt visae) demonstrationes ijs adjunctas tam brevibus et non verbosius explicatis complecti.

Refert praeterea se Parisijs invenisse virum insigniter eruditum, inque varijs scientijs versatissimum, ut et a vulgaribus Theologiae praejudicijs liberum, Leibniz appellatum, quocum familiaritatem contraxit intimam, cum sit subjectum, quod una cum eo intellectus perfectionem continuare allaborat, imo hoc ipso nihil melius aestimat utiliusve censet. In moralibus eum inquit esse exercitatissimum, qui sine ullo affectuum impetu ex solo rationis dictamine loquitur. In Physicis et praesertim Metaphysicis studijs de Deo et anima pergit illum esse expertissimum. Tandem concludit eum esse dignissimum cui scripta Domini, concessa prius venia, communicentur, cum credat quod authori magnum inde proveniet commodum, prout prolixe ostendere promittit, si Dominationi Tuae id placuerit; sin vero minus, nullum moveat scrupulum, quin iuxta datam fidem ingenue ea sit celaturus, uti ne vel minimam eorum mentionem fecit. Idem ille Leibniz magni aestimat Tr. Theol. Polit. de cujus materia Domino, si meminerit, epistolam aliquando scripsit. [1] Rogarem itaque Dominum, ut, nisi sontica subsit causa, id pro generosa Tua humanitate permittere ne graveris, sed si fieri possit, quam proxime resolutionem Tuam aperias, cum acceptis responsorijs Tuis nostro Tschirnhausio respondere potero, quod avide Die Martis vesperi facerem, nisi impedimenta graviora Domini moram nectere coegerint.

D. Bresserus [2]) ex Clivia redux factus, multam cerevisiae patriae quantitatem huc misit; monui ipsum, ut dimidiam

---

1) Nisi Leibnitzii ad Spinozam epistola quaedam interierit, errat L.; unica enim quae extat ep. de opticis agit; v. s.

2) Idem nimirum de quo supra p. 302 sermo fuit; cf. et infra, p. 318.

tonnam Domino concederet, quod cum amicissima salutatione praestare promisit.

Denique styli ruditati calamique celeritati ignoscas quaeso mihique ad servitia Tua exequenda imperes, ut occasionem realem habeam testandi me esse, vir praestantissime,

servum tibi paratissimum
G. H. Schaller.

Responsio.

Expertissime De, amice plurimum colende,

Pergratum mihi fuit, ex literis tuis, hodie acceptis, intelligere, quod bene valeas, et quod Tschirnhausius noster feliciter iter suum in Galliam confecerit. In sermonibus, quos cum Do. Hugenio de me habuit, prudenter sane, meo quidem judicio, se gessit, et praeterea summopere gaudeo, quod tam opportunam occasionem ad finem, quem sibi destinaverat, invenerit. Quid autem in axiomate 4o p. 1. repererit, ex quo contradicere videatur prop. 5 p. 2 non video; in hac enim prop. affirmatur, quod ideae cujuscumque essentia Deum, quatenus ut res cogitans consideratur, pro causa habet; in illo autem axiomate, quod effectus cognitio, sive idea, a cognitione sive idea causae pendet. Sed ut verum fatear, tuae epistolae sensum hac in re non satis assequor, et vel in tua epistola, vel in ipsius exemplari errorem festinantis calami esse credo. Nam scribis, in prop. 5 affirmari, ideata esse causam efficientem idearum, cum tamen hoc ipsum in eadem propositione expresse negetur; atque hinc omnem confusionem oriri nunc existimo, ac proinde frustra in praesentiarum de hac materia prolixius scribere conarer, sed expectandum mihi est, donec ipsius mentem mihi clarius explices, et sciam an satis emendatum habeat exemplar. Lijbnizium de quo scribit me per epistolas novisse credo, sed qua de causa in Galliam profectus sit, qui Francfurti consiliarius erat, nescio. Quantum ex ipsius epistolis conjicere potui, visus est mihi homo liberalis in-

genii et in omni scientia versatus. Sed tamen ut tam cito ei mea scripta credam, inconsultum esse judico. Cuperem prius scire, quid in Gallia agat, et judicium nostri Tschirnh. audire, postquam ipsum diutius frequentaverit, et ipsius mores intimius noverit. Caeterum nostrum istum amicum meo nomine saluta, et si qua in re ipsi servire possum, quicquid velit, imperet, et me sibi ad omnia obsequia paratissimum reperiet. Adventum sive reditum Domini et amici colendissimi Bresseri gratulor, pro promissa deinde cerevicia magnas ago gratias, et quocumque modo potero etiam referam. Tui denique parentis processum nondum experiri tentavi, nec credo quod animum ad id tentandum applicare potero. Nam quo magis rem ipsam cogito, mihi magis persuadeo, te non aurum confecisse, sed parum quod in antimonio latebat separavisse. Sed de hoc alias fusius, nunc temporis angustia praecludor; interim si aliqua in re tibi operam praestare possum, ecce me, quem semper invenies,

vir praestantissime,

Tibi amicissimum et servum paratissimum

B. Despinoza.

Hagae Comitis, 18 Novembri 1675.

Mijn Heer,

Mijn Heer G. H. Schaller, der medecijnen Doctor, woonende in de Kortsteegh in de gestofeerde hoet t' Port. Amsterdam.

Tschirnhausius, Gallia mox relicta, Italiam Siciliamque et Meliten insulam visitavit Vindobonique in Austria tempus aliquod versatus est. Anno 1682 iterum in Galliam se contulit, ibique inter socios Academiae Scientiarum receptus est; mox et Amstelodamum rediit, in studiorum suorum fructu edendo occupatus, quem anno demum 1687 „Medicina mentis sive artis inveniendi praecepta generalia" in-

scriptum in lucem prodire fecit [1]. Ad natalem suam Kisslingswaldam reversus, patriis in terris tunc degebat, ubi anno praedicto morte abreptus est.

De philosophia sua, qualem in Medicina illa Mentis postea exposuit, a. 1682 ex Amstelodamo Hugenio suo scripsit in epistola, quam ex collectione Hugeniana in Bibliotheca Lugdunensi Academica jam in lucem proferemus. Addemus alteram anno sequente e Kisslingswalda missam, in qua de vita historiaque de habitis studiisque suis profuse disserit indolemque suam et ferventem omnino scientiisque absolute devotum animum nobis manifestat. Hugenius, libro post quinquennium edito, pro exemplari ipsi remisso gratias agens, observationes suas de auctoris methodo sententiisque ipsi communicat, quibus Tschirnhausius, sua vice, longioribus respondet litteris. Et hanc utriusque epistolam pro magna saltem parte hic exhibendam duximus; de Tschirnhausii philosophia ex Spinozae de emendatione intellectus tractatu, etsi autoris nomen anxie reticuerit, integra fere hausta pauca deinde addemus:

Monsieur, mon très cher et très honoré amy

Non possum exprimere qua laetitia affectus fuerim cum nobilissimum virum in optima sanitate constitutum Hagae non ita pridem offenderim, praesertim cum observarem, quod probe adhuc in memoria ipsi essent tam generosa officia, quibus olim me Parisijs cumulatus est, et quod similia in futurum quae meis studijs continuandis inservire possent liberrime mihi promitteret; nunquam mihi aliud promiseram a tanto viro, quem singulari semper prosecutus fui aestimio, nec possunt alia a generosis mentibus expectare veritatis solidae cultores. Quo vero innotescere possit

---

1) Editio nova a. 1695 Lipsiae prodiit, adjecta *Medicina corporis* eodem anno ibidem prodeunte. Quod nobis inservit exemplar e libris est Bibliothecae Acad. Lugdunensis.

Dominationi Vestrae, num aeque ac alius merear, ut mihi succurratur ne studia mea penitus intermittere coactus sim, idque ob solas vanitates hujus mundi, a quibus ego quidem hactenus me feliciori successu, quam unquam speraveram, liberavi, utque videat, si mihi procuret Parisijs ut pensio (de qua nondum absolute securus) honorabilis assignatur, num ea aeque dignus ac alius aut num haec recomendatio mei in sui honorem in futurum cadet, ipsi hac vice transmitto scriptum de sanitate conservanda, quod te apprime desiderare praesens indicasti, et quod ea intentione quoque communico, ut possis hinc colligere, quod non solum studia mathematica hactenus excoluerim, hoc ipsum, qualecumque est (circa materiam quae mihi videtur satis difficilis esse, ut aliquid certum determinetur) Tuae censurae subjicio. Alius forte hoc statim typis mandaret, sed ego admodum caute et lento pede soleo circa similia versari, et postquam cum amicis hac de re consilia habui. Aliquando vero hoc Do. Colbert, si ita tibi visum, sed necdum impressum, communicabo; quando nimirum tractatum mathematicum de quo coram et quem regi destinavi publici juris faciam; si haec dominationi vestrae grata esse scio, alio tempore, quaedam communicabo circa tractatum quem conscripsi de emendatione intellectus, qui si non me admodum fallit opinio, ipsi non displicebit; jam saltem contenta hic indicabo. Consistit autem in hisce tribus partibus: 1. qua occasione et methodo in viam inciderim quam praestantissimam judico, ad quam in hac vita aspirare licet, quaeque est inventio veritatis per nos ipsos. 2. Artis inveniendi generalia praecepta quibus adjuti non solum impossibile erit, ut unquam in falsa incidamus, sed potius certo semper veritatem simus cognituri; quod infallibiter semper his medijs ulterius propediemur, nova ac nova continuo detegendo, modo nos ad talia applicare animus nobis sit, idque exiguo labore. 3. In quo praecipue subjecto perscrutando istam suaviter et cum oblectamento

consumere liceat. Haecce omnia si vidisset Illustrissimus vir et sciret quo in statu et honore inter meos vivam, quibus impedimentis hactenus vexatus, miraretis forte, quod mens mea sub tanto onere, et tot vanitatibus circumdata et involuta, caput erigere adhuc valuit; sed jam quia receptus sum in Academiam Regiam (de quo poterit videre quid impressum Parisijs *dans le* Mercure galant, *du Moy de Juillet*, anno 1682, pag. 308) res haec tantae difficultatis non erit, modo de pensione annua mille Imperialium magis securam spem haberem. Ego interim tanto animo confisus omnia mea sic disponam, quasi ejusdem absolute certus essem, et aliquos coadjutores mihi procurabo, ut aliquid singulare praestare valeam si spe excidam. Fateor equidem, si respiciam itineris hujus impensas, quod solum eo fine in me recepi, nec non quod in adjutores impendere opus habeo, ac praeterea quod hic desinem omnia officia licet honore et divitijs non destituta prae ijs quae nondum absolute possideo. fateor ubique me damnum tunc non singulare reportaturum; sed satis mihi tunc erit, quod pro viribus conatus fuerim publico sic prodesse et intellectum meum quantum possibile excolere. Si vero, prout firmissime spero, tanti mediatoris ope, et qui in tanto aestimio apud Dm. Colbert, obtineam ut studia mea continuare licet, penitus omnibus dignitatibus et officijs in patria renunciabo (prout hactenus magno conamine feci, licet id rarum admodum esse reputem in meae conditionis hominibus), quo colligant et alii num indigne sint in me haec officia collata; caeterum sequenti die Lunae hinc abiturus sum in patriam; si mihi aliquod responsum dare placeat aut alia occasione quaeso literas inscribas:

A Mr. Ehrenfried Walther de Tschirnhaus, Seigneur de Kisslingswalde et Stolzenberg, present à Amsterdam, op de Warmesstraat in de Kloeck, by Mijnheer Ameldong Bloeck.

De reliquo latinitatem meam excuset, cum hoc rarum

sit inter nostrates in nobili viro; cum essem in Academijs ea utcunque tinctus eram, sed tot annorum itinera et negotia effecere, ut jam non omnia tam congruenter hujus linguae genio exprimam; sed tam levia absque dubio non respiciet. Locutus fui cum Bibliopola mihi nominato in signo capitis Ciceronis et ipsi librum de remedio Anglico circa febras tibi transmittendum dedi, quod jam receptum erit. Hisce me tibi recommendo· qui sum omni affectu et studio,

Monsieur,

Votre treshumble et très obeissant serviteur

E. W. de Tschirnhaus.

Amsterdam, 11 Sept. anno 1682.

Aan den Wel-Edelen Heer,
d'Heere Christiaan Hugens,
Heer van Zulichem;
's Gravenhage.

Kislingswalda, d. 30 Aug. 1683.

Monsieur,

Mon très cher et très honoré patron,

Quantum delectatus fuerim visis tuis litteris, quas ad me dirigere dignatus es, vix est ut exprimam; sed mirum, quantum temporis in itinere permoratae, quare jam conor omnia sic disponere, ut tale quid amplius non accidat, quo mihi similes delicias et saepius posthac promittere possim. Caeterum nunquam deceptus fui in opinione, quam semper de te fovi; te nimirum eum esse, qui, posthabitis omnibus temporalibus delicijs (quatenus intellectus cultui obsunt) studijs bonis tam serio addictus es, ut existimem paucos (quamvis permulti jam in eo sint, ut sapientiam pro viribus augeant) tui similes reperiri. Verum si firmissime credidi, quod ita tuum esse, quantum concipi potest, optime conservari coneris, non minus persuasus fui te tam generosam mentem possidere, ut ad simile obtinendum etiam pro alijs, siquidem eos promovendae veritati aptos cognoscas, procurare

nulla in re desis. Tot enim testimonia hac de re habeo et adhuc ex praesentibus literis idem intelligo, ut nihil magis imposterum conaturus sim, quam ut tanti viri spem de me conceptam nullatenus frustrer; quod ut facilius conjicere possis, num scil. collati in me tui favoris unquam poeniteat, et proinde aliquo merear, cui generose succurrere imposterum allabores, quo studia mea ex voto (qua re nihil in hac vita exopto) mihi prosequi liceat, sequentia ad te paulo fusius et candore Germanico scribere decrevi. Existimavi semper paucos inveniri, qui tantum ardorem discendi ostenderunt a prima aetate ac ego: sed si hoc certum, non minus utique verum, quod tantas difficultates superandas habuerim ad bona studia prosequenda, ut paucis simile quid obtigisse credam; quamquam mihi hac de re gratulor: nunquam enim absque illis ejusmodi habitum incognitas veritates detegendi acquisivissem prout me jam possidere confidi. Cum enim talia impedimenta (ob delectationem quam in studijs experiebar) nullatenus possent efficere, ut hisce abstinerem, coactus fui eadem tractare quandoque, imo saepissime in praesentia multorum tumultuantium, atque sic mihi haec acquisivi, ut non solum saepe in curiosa theoremata, nonobstante magno tumultu externorum, inciderim, sed quod deinceps, si otium fata concedebant, facilius me ab omnibus externis cogitationibus potuerim liberare, atque hac ratione brevi tempore magnos facere progressus. Ad tale autem otium acquirendum, proh bone Deus! quantos non habui labores exantlandos. Primo ultra decem annos in peregrinis locis ob id praecipue me continui, quia in patria idem non poterat obtineri ob parentum virtutem; postea cum ob provectissimam aetatem curarum impatiens nobis omnia sua bona concessit, et quia sorores duae maritatae atque etiam talem dotem iam tum receperant, ut nihil amplius a nobis duobus sc. fratribus desiderandum haberent, interim vero nobis bona reliquerunt quae viginti mille imperialium non venduntur, satis bonorum habebam (licet ea

exigua essent in aliis locis, ubi care vivitur) ut satis commode hic possem vivere. Nam certe nobiles hic liberrime vivunt: tenemur siquidem Electori Saxonico pro his bonis tempore pacis singulis annis vix 50 imperiales solvere; de caeteris, quia hic omnia in magna abundantia, quae ad victum requiruntur, laute admodum vivitur. Interim quantum ad studia, cum administratio talium bonorum integrum hominem desiderant, illa nullatenus prosequi mihi licitum esset; vendere autem, ut me in aliam regionem reciperem, nec parentes nec amici permisissent, neque id quoque meum interesse inclusisset, cum simili pecunia in aliis locis non aeque commodis potuissem meis prodesse. Hinc tria impedimenta oriebantur; primum erat administratio bonorum, de qua modo locutus sum; 2m, quod ii qui nondum maritati hic imprimis ubique locorum invitantur ad convivia, quî virginibus civiliter ab his inserviatur (convivia autem hic per aliquot dies protrahuntur, et frequentissima sunt ob funeralia Nobilium, Sponsalia, Baptismata, etc.), et quod reciproce ab aliis rursus visitantur; 3m impedimentum erat tale, quod omnes homines admodum appetunt, et quod ego, quantum possum aversor, honores scilicet seu seculares dignitates. Haec tria impedimenta primo intuitu mihi insuperabilia videbantur. Omnibus vero bene perpensis et diu deliberatis, unicum adhuc medium ad haec removenda praevidebam: hoc autem cogebar necessario exsequi (cum aliud non recurrebat, quicquid et mente volverem et agitarem), licet duo includeret, ad quae nullo tempore inclinationem habui (ut qui me novere omnes unanimiter testabuntur). Primum erat ut conjugem ducerem, alterum ut pensionem a Rege Galliarum conarer, ut alii recipiunt, impetrare. Miraberis forte, quod haec et praecipue primum sufficientia requisita existimaverim ad praedicta impedimenta tollenda. Sed quaeso judicium paulisper suspende, usque dum omnia perlegere dignatus fueris, Quoad 1m itaque notandum, quod pleraeque conjuges horum locorum, praeser-

tim ex Nob. stemmate natae, toto caelo differunt ab Hollandicis foeminis aut et Gallicis vel Anglicis; nam hae honori sibi ducunt, si maritis nulla in re contrariae sunt, immo ne contradicant quidem illis aliis praesentibus, quia hoc hic indecorum admodum judicatur. Deinde administratio bonorum magna ex parte hic a foeminis dependet, quoad culinam ad hospites laute tractandum, ut hic moris est, et omnia illa, quae spectant ad mensam et cubicula bene prospicienda, item ut ancillis praesint, quas in magno numero habemus, et similia, quae ut superflua hic retineo. Reliqua quae spectant servos et subditos, viro quidem conveniunt, sed non difficulter pro 50 imperialibus potest impetrari, ut ab aliquo nobis haec administrentur, prout ipsi desideramus, adeo ut fere in totum ducta muliere et 50 imperialium impensis administrationis negotio sublevemur. Porro, quia maritati non invitantur, nisi ad illos ex quorum familia sunt, sed nondum uxorati ubivis, quo sibi aliquam eligendi occasionem habeant, atque ita multae invitationes proscinduntur, et per consequens denuo multum temporis lucri fit. Ulterius, mariti non tot visitationes habent: hae non fiunt, nisi ab amicis aut proximis, raro vero ab aliis. Tandem si quoque conviviis intersunt, tot negotia non habent, quia hic non est moris, uti in Gallia, ut quis conversetur tam multum cum virginibus aut etiam aliis foeminis, ea ratione ac ibidem fieri solet. Denique nec tenemur conviviis per tantum temporis spatium interesse ob rei domesticae caussam. Quae omnia si bene consideres, conficies quantum temporis hinc lucremur, et proinde quantum bonis studiis destinari possit, id quod si quis nondum conjugem habet, minime hic locorum inter nobiles fieri potest; ut taceam multa alia incommoda, praesertim duella, quae hic in magna consuetudine, et a maritis, qui tot conviviis non intersunt, et nullam virginem habent, pro qua obtinenda, ut saepe fit, certent, non difficulter declinantur. Interim vero hinc magnum impedi-

l'Abbé Gallois innotui, qui quidem se mihi admodum favorabilem exhibuit. Cumque prolixe explicarem, quid mea intentio esset efficere, qua ratione vero impedirer in meis studiis continuandis, quaque ratione his subveniri posset, se ita explicuit, ut de mea intentione obtinenda magna spes mihi affulserit; sed ultra modum quam credi potest magnum antagonistam habui in D. de la Hire. Quod cum observarem, ipsum quantum potui generositate vincere studui, sed omnia frustra. Hic ex intimis D. l'Abbé Gallois, ut ex frequentissima praesentia collegi, et quod pessimum credit hic vir, ut saepe audivi, mathematicum ipsi aequalem vix reperiri. Est autem D. de la Hire intentio, ut satis aperte mihi indicavit, aliquando vices D. Cassini in Observatorio Regio supplere, et potius efficere, ut externi ab Acad. vestra penitus excludantur, sic nempe libere mihi aliquando retulit: hisce enim pecuniae destinatae multo exactius solverentur, quam ipsis Gallis, et praeterea non tantum Gallicae gentis gloria hinc oriretur. Imo ipse audivi, quod, cum in Academia D. Marriotte referret, quod D. Boyle rogasset, ut cum ipso commercium literarium institueret, hic ultra modum hoc dissuasit, adductis variis experientiis, quibus evincere conabatur, quantum damnum Academiae ex ejusmodi commercio cum extraneis accesserit. Ac proinde cum similia perciperem, non mirabar, quod nullus meum propositum mihi tam dissuaderet ac ille, et tam contrarium se mihi ostenderet, ut cum aliquando in Academicorum omnium consessu, ipsis phosphori genuinum processum communicarem, et omnes consentirent, ut apud ipsos permanerem, quia jam conclusum erat me receptum iri, hic solus in mea praesentia admodum impudenter contrarius esset, referendo, quod forte Do. Colbert displiceret, quia necdum ipsius consensum per literas accepissent, et sic statim surgens me, una cum D. Mariotte, usque ad fores comitabatur. Praeterea incerta mea inventa et nullius momenti esse publice dixit, uti ab amicis mihi rela-

tum; item quia animadverterat, quod ultra modum D. Hugenium aestimarem, absque dubio ipsius vestigia secuturus, qui omnes Academicos apud alios contemneret, et sic effecisset, ut illorum Academia non in tanto aestimio esset, adeoque mei receptionem dissuaderet. Quae omnia a D. Borello relata, qui mihi sincere retulit, quid de me in ipsa Academia dictum. Haec et multa similia cum scirem, non mirabar, quod l'Abbé Gallois, qui tam confidenter me multoties securum fecerat de meo intento obtinendo, postmodum, cum me jam longo tempore detinuissent satis inutiliter Parisiis, et ipsum visitarem, mihi indicaret, quod saltem me ad abitum possem parare, quia id quod desiderabam ob instans bellum hac vice impetratu impossibile esset. Quapropter ultimum remedium erat, ut ipsi significarem me contentum fore (quia me haud ita ac alii norunt, et forte crederent me tale quid ob pecunias recipiendas desiderare), si saltem me in membrum Academiae reciperent, nulla assignata pensione, sed me tales progressus tunc non posse facere, quos promiseram, si, pensione obtenta, coadjutores mihi potuissem conciliare, qui una juxta meam dispositionem mihi adjumento essent. Cum itaque candidum meum pectus (quod numquam sibi conscium vilissimi lucri ergo studia tractasse) melius hinc perspiceret, mihi brevi significavit, ut ad ipsum reverterer, quo facto effecit, ut brevi in Academiam receptus fuerim: de pensione autem ita locutus est verbis ambiguis, ut interim nec certus nec incertus sim; cumque rogarem, num, quod receptus essem, ejusdem rei literis certis non confirmarer, ut alias fieri solet in similibus, retulit super hac re non dari ullam scripturam, nec de pensione aliam asseverationem *que de la parole de Mr. Colbert.* Similibus verbis utebatur quoque D. Colbert, cum ipsi ob receptionem agerem gratias, dicendo, quod quae hactenus communicassem Academiae ipsi placuissent, si continuarem sic progredi, se efficere velle ut me ejusdem rei non poeniteret, aliaque pauca,

sed idem significantia. Deinde per mensem adhuc ibi moratus, ac imprimis mihi omnium Academicorum, etiam D. de la Hire (nam philosopho nihil facilius, quam inimicis bene facere, saltem ei, qui mea principia sequitur) conciliare studui. Post haec rediens in Hollandiam Te Hagae-Comitum visitavi, ubi quaedam horum retuli, ut nosti, et praecipue ex generosis tuis promissis (quae adhuc praesentibus literis confirmas) magnum solatium percepi, verum de sponsa mea, ut et Parisiis, nihil aliis indicavi, quia tempus nimis breve; Parisiis autem difficultatibus, quas mihi magno numero formabant, nolebam ipse plures cumulare. Sed modo audies me in eadem experientia confirmari. Nam certe multo liberius jam hic ac ante vivo, quod magis imposterum addisces, modo adjuver, ut spero. Sed propero ad finem, ut incepi, et refero me posthac reversum in patriam esse, quod tamen ob longum et taediosum iter non citius absolvi (ob pestem variis in locis grassantem, aliasque rationes) quam mense Novembri. Hic, ultra modum, mei delectati fuerunt, quod in Academiam Regiam receptus essem, et eo, quod loquerer de pensione obtinenda (quasi hujus non dubiam sed absolute certam spem haberem) quo mihi libertas relinqueretur mea studia ex voto continuandi. Imprimis hoc mihi multum honoris conciliavit apud alios, cum viderent ea, quae de me narrantur *dans le Mercure Galant du mois de Juillet* a. 1682, qui libri hic plurimorum manibus teruntur; et hoc porro effecit, ut satis libere hic jam studiis meis vacare liceat. (Vero) cum tempore mei animadverterent, quod hinc nullae utilitates, certe impossibile foret mea studia continuare, quum jam modo hoc anno tentarent, ut leviusculum saltem officium acciperem, quod salarium 300 imperialium habet; et quia non adeo laboriosum, credebant facile me hoc innoxiis meis studiis posse sustinere, sed hoc absolute rejeci. Sic itidem in aula nostri Electoris circa me quid moliuntur, ut ab amicis mihi relatum, et credo ut praesim operibus me-

tallicis Friburgi, quia sciunt me aliquatenus in metallurgia versatum. Sed quidquid offeratur, certus sis me id non accepturum. De reliquo, quia multa ex Gallia et Hollandia attuleram pro amicis, ubique satis acceptus eram. Sponsalia autem nolebant ut ea differrem ulterius, adeoque adhuc mense finita est, qua in re ipsis contrariari nolebam, quo accedente hyeme (quod praecipue tempus studiis peraccommodum expertus sum) finitis turbis, studiis me serio applicare possem. Ex quibus, credo, perspicuum satis erit, quantas difficultates hactenus superandas habuerim ob mea studia, meque necdum in portu esse, sed tua generosa dextra hoc assequi non despero. Ad quod 2° loco jam destinavi explicandum.

Omnes homines natura ad otium a labore proclives sunt; quare magna difficultas hic alios adjuvandi oritur, quia postquam effecimus, ut illis bene sit, saepe accidit, ut frustremur spe, quam de illis habuimus; sed notandum maxime, quod omnia praecipue laboriosa nobis videantur, quae contra nostram inclinationem cogimur patrare; quare non dubitandum, si adjumento simus aliis in iis ipsis rebus, ad quas ipsi inclinant haecque inclinatio non sit levis, sed quae per longos annos quasi in habitum conversa, hoc nullatenus exspectandum fore. Unde conjicere poteris, si ultimum hoc, quod studiis meis continuandis inservire queat, pro me impetrare posses, cum certe fortiorem inclinationem pro nulla re habeam (prout satis demonstravi per primam partem, cum haec nullis difficultatibus potuerit supprimi) tibi hac in re timendum fore. Facile autem ex superioribus colligendum, unicum hoc adhuc superesse, ut mihi, velut aliis Acad. membris, assignetur talis pensio, qua recipienda securus esse possim; nec tamen plus unquam desidero (nec acceptarem licet offerretur ob multas rationes) quam singulis annis 1000 imperiales, quod quidem non adeo multum esse judicabit, cui perspectum, quod studia non leviter excolere meum propositum est.

Primo etenim efficiam ut aliquem habeam, qui bonis meis praesit, prout satis mihi jam prospexi hac in re, quo rei domesticae nullis curis detinear.

2o. Astronomum, qui mecum observationes caelestes instituat, uti hactenus talem Lipsiae Mr. Kirch habemus. Hunc ad nutum meum possum habere quando volo, et res conclusa esset inter nos, nisi timerem mihi forte non succursum iri prout desidero. Hic nempe vir D. Hevelij per multos annos fuit observator et calculator in rebus astronomicis. Hic jam Lipsiae degit, et singulis annis Ephemerides continuat.

3o. Faciam ut Medicum habeam, qui pecunia aliqua singulis annis soluta, mihi in Chymicis et Anatomicis, qualia experimenta et observationes desidero, instituat. Scio quoque aliquem, quem ad nutum meum habebo, cum per multos annos simul hic et in exteris locis studiorum gratia conjunctim vixerimus. Hic mihi jam phosphori processum elaborabit.

4o. Egregium analystam scio, et quem conduxissem, si modo absolute certus essem ejus quod desidero, qui mihi quidem in calculo analytico multum sublevaminis posset adferre.

5o. Mechanicum hic habeo ultra modum praestantem, qui a nullo nisi a se ipso propria inclinatione instructus, ... egregie laborare novit. Sesinidrius est, horologia fabricat, libros compingit et similia multa, quae modo videt, ipse efficere conatur. Hic vero meus subditus est; huic 30 imperiales annuatim do, unde nulli rei domesticae (hinc enim ruri hic cum suis satis commode vivere potest) nec ulli alii servitio est, quam soli mihi. Hunc non solicito ad labores, cum, sive adsim sive minus, internus incitator, propria inclinatio efficit, ut aeque res peragat, ac quum adsim; ex quo solo colligendum, quales conditiones debeant habere Academici, ut pensione digni sint. Jam autem in eo est, ut varia vitra optica mihi perficiat; sed quia admodum

desidero (ob singulares rationes) ut tale speculum ustorium habeam, quale est vestrum Parisiense, hanc curam lentes varias efficiendi filio ejus concessi; ut, postquam ad vitra D. Borelli tubos mihi paraverat aliaque quaedam curiosa, jam in eo totus est, ut simile perficiat. Et certe in eo parando talia didici, ut jam exiguis sumptibus et labore haud adeo magno similia parare valeam.

Ex occasione referam Anglum esse in Altena prope Hamburgum, quem dicunt vitrum mollefacere et indurescere posse pro lubitu, et multa miranda hisce praestare posse. Fuit peregrinus in Lusatia nostra hic, qui vitrum ab ipso habuit utrimque convexum, in cujus medio magna aranea incorrupta haerebat. Vellem me ipsum hoc vidisse, et dabo operam, quo resciscam quid rei siet, et numne hoc inventum aliquam fallaciam includat. Delector quoque eo, quod scribis, quod ipsa experientia edoctus es te vitra poliendi artem ad summum perduxisse: optarem mihi aliquod vitrum hac arte paratum, imo ut hoc in Dioptrica tua publicatum aliquando secretum exstaret.

6o. Vellem quoque correspondere eum extraneis in variis regionibus, uti Amstelodami habeo D. van Gent [1], virum talem, quales optarem, ut similes corresponsores aliis in locis mihi acquirere possem; id quod soluta aliqua pecunia facile obtinetur, ut hic subito resciamus, quid in aliis locis peragatur, et novi ab eruditis inveniatur. Quae omnia qui bene considerabit, non existimabit nimium esse, quod 1000 imperiales desiderem ad studia bona excolenda, et dubito an multi inveniantur jam, qui simile quid ea pecunia sint praestituri ac in me suscipio; quamquam etiam (siquidem impossibile est eam summam obtinere) minori pensione contentus essem (uti haec et similia satis superque cum Parisiis essem Mr. l' Abbé Gallois indicavi); praesertim si quis velit ad hoc reflectere, quod me obstringam, me nulla

---

1) Vide supra, p. 314.

secularia officia umquam ambire velle, quorum hic quidem quaedam satis lucrosa sunt, et praeterea ad ea, quae modo referam, et quid ipse mihi proposuerim exsequi, si otium habeam desideratum, de quo jam superiore loco quaedam aperire constitui. Dico itaque me jam talem commoditatem habere studia mea hic prosequendi, qualem hactenus habere non licuit, cum nec amici nec nupta mea ullo modo contrarii sint, plane ut praevideram, adeo ut hoc anno talia praestiterim et laboraverim, quantum ullo ex praecedentibus, et quidem quoad Mathesin omnes difficultates, quas mihi unquam formavi, jam penitus superavi, ut nihil jam opus habeam, quam ut ea tantum, quae prolixo calculo constant, compendifaciam, quod in quibusdam sic peregi, ut, quae calculum tam prolixum requirunt, credam eundem ab hominibus, si quandoque integram vitam consumerent, non posse absolvi, ego eadem perfacile ex tempore assignem. Sed prius quam res eo redigatur, multum temporis et laboris requiritur, et mens ultra modum attenta. Quae autem hoc anno in similibus peregerim, numquam quis crederet, nisi praesens harum rerum spectator fuisset.

Et siquidem mihi succurratur a Parisiensibus, certe inaudita experimenta facturus sum, quae nescio, num in cujusdam jam viventis cogitationem pervenere, de quorum successu non possum desperare, cum experientias similes a Natura jam peractas videam, sed quas attentissime circumspicientes vix percipient, nisi mea principia sciant.

Dum vero similia narro anceps haereo, ne bonam opinionem, quam de me concepisti ..... tes, ac existimes potius me talia tantum et falso jactare. Quare, quo hac in re magis securus sis, singula, quae ea de re constitui, tuo prius semper judicio exponam; et utinam tanti viri tale judicium semper de iisdem experiar, ac hactenus mihi rescribis de cogitationibus meis circa sanitatem conservandam, quem Tractatum in medio tumultu Parisiis conscribere incepi, in Hollandia aliquo modo polivi, sed jam ei multa adjeci,

quae forte non minus placebunt. Brevi quoque tibi transmittam primam partem Logices meae, seu Tractatum de ratione excolenda, in qua parte 1ma describo quales dotes animi esse debeant ei, qui ad veritatem detegendam se accingit; in 2da parte artis inveniendi generalia praecepta exhibeo; in 3a in quo subjecto exercenda, et qua ratione applicanda sint haec praecepta.. Quibus visis adhuc melius colliges, num merear, ut mihi succurratur ea ratione ac desidero, numque etiam pecuniae desideratae frustra in me expendantur, quamquam mihi persuadeo inter tot expensas Regias multa millia absque ulla utilitate dispergi. Ultimum quod rogo est, ut literas responsorias ad me velis D. van Gent transmittere, hinc nempe eas secure recipio; et quod velis ignoscere, quod non erubescam tam prolixis literis, imo ob temporis angustiam adeo impolitis, tam illustri viro nobile otium interpellare. Sollicitudo haec, quae me tenet, non parum minuitur, reflectendo ad singulares tuas qualitates, qua magis realia sectaris. Optime scio haec (quae si tempus permittat haud difficulter emendantur) te tanti non facturum: imprimis rogo, ut me velis dignari eodem favore prosequi, quo aeternum hactenus mihi obligasti, utpote qui gloriae summae mihi hoc reputo, et quod credas me ex integro esse,

Illustrissimi ac Nobilissimi Viri

ad quaevis officia praestanda
humillimum servum
Ehrenfried Walther de Tschirnhaus.

Viro Nobilissimo Clarissimoque
Ds. Erenfrido, Gualthero de Tschirnhaus
Chr. Hugenius S. P.

Cum exemplaria genuinae medicinae tuae, vir Nobme atque amicissime, proximo Octobri mense a Docto. Gentio una cum literis tuis accepissem, ea continuo in Galliam mittenda

curavi, exceptis tribus quae mihi donaveras. Atque illa quidem pridem Parisijs reddita fuisse ex Di. Hamelij literis procul dubio intellexisti. Quod vero nullas hucusque a me acceperis, id quaeso ne aegre feras, neve ita interpreteris ac si parum gratae mihi fuerint hae ingenij tui primitiae: fuerunt enim longe gratissimae et absque ulla mora perlectae; sed cum de ijs judicium meum te requirere viderem, nôn propere nec leviter mihi examinandas putavi. Fuit autem et ipsum examen opinione mea difficilius propter doctrinae novitatem, et in eo saepe interpellatus fui vel affecta valetudine vel aliarum occupationum et rei domesticae avocamentis, sed illa praecipue quae me jam ab aliquot annis nonnisi paucas horas quotidie studijs impertiri sinit. Legi itaque avide ejus universum, cujus pars illa, quae ad corporis sanitatem tuendam attinet, jam ante (ut scis) mihi plurimum fuit probata [1]; de qua itaque nihil jam dicam, nisi placere ibi omnia eorumque utilitatem aliquoties mihi experiendo compertam. Revolvi deinde saepius partem alteram quae mentis ὁδηγίαν complectitur, in qua plurima quoque inveni quae bene prorsus ac sapienter mihi disserere videris. Sunt tamen pluscula quoque quibus non plane acquiesco; sunt quae tantum obiter attigisti, quae mihi vel confidentius asserta vel etiam παραδοξότερα videntur, quaeque adeo ut aliquando amplius explices valde expecto. E prioribus est illud veri κριτήριον tuum, quod nescio, an cuiquam approbaturus sis; ut enim facile quis concesserit id quod verum est mente concipi posse et debere, ita conversionis necessitatem non agnoscet, nempe quodcunque concipi potest, verum esse. Quid, quod haec tua veri notio non nisi ad prima Mathematices et Physices principia spectare videtur, non autem ad veritatem in ijs quoque rebus dijudicandum, praesertim in Physicis, quae per consequentias ex ante cognitis derivantur; ut non videam quo-

---

1) Conf. supra, pag. 334, in f.

modo in his ab errore inmunes nos praestes. Veluti, exempli gratia, quoniam radij solis per fenestras vitreas transmissi oculos perstringunt, hinc certo concludis, vitrum poris pervium esse; nec quisquam fere erit cui non hoc idem persuadeas, adeoque secundum regulam tuam hoc jam verum erit. Ajo tamen consequentiam illam nequaqnam legitimam aut necessariam esse, cum etiam absque vitri poris ille lucis effectus optime explicari possit. Etsi non nego vitro poros inesse, cum id alijs argumentis probetur. Porro specimina methodi tuae qua existimas omnia problemata geometrica, mechanica, physica resolvi, ea vellem accuratius tractasses. Doces enim tantum quae ad inveniendam solutionem demonstrationemve adjumento esse possint; demonstrationem nullam, quae certitudinem mathematicam habeat, adducis. In quo tamen praecipua est difficultas...... profiteris quidem te summam curam non adhibuisse solvendis his quae affers problematibus. Sed cum adeo leviter ea transvoles, quomodo quaeso methodi tuae utilitas hinc elucescet?.,.. Quod Physices studium, ut omnium jucundissimum laudas, plane tecum sentio; sed miror, quomodo ita methodo tuae confidas, ut nihil non in hoc scientiae jam pervium exploratumque fore pollicearis; adeo ut jam magnetis et succini attractionem, aestus marini causas, lucis symptomata omnia atque innumera hujusmodi exiguo labore explicata habituri simus, in quibus ego tamen summam difficultatem restare existimo, nec aliter eam superare posse quam ab experimentis incipiendo (hoc autem et tibi probari video), deinde hypotheses quasdam comminiscendo ad quas experimenta expendantur; qua in re egregia mihi videtur Verulamij methodus, et quae amplius excoli mereatur. Sed ita quoque permagnus labor superest, nec solum sagacitate insigni opus, sed saepe et felicitate aliqua.

Porro in his quae scire vellem quibus rationibus tibi persuaseris, praecipua sunt ista. Quod in physica scientia clarissime cognosci vis terram esse perituram. Quod infi-

22

nitum stellarum numerum statuis. Quod pag. 44 motum corpus, etsi nihil obstet, non vis pergere moveri; cui contrarium tamen pag. 99 adsumsisse videris. Denique quod tibi extensio absque motu concipi nequit; unde vereor ne alterutrum nostrum conceptio fallat, quod tamen impossibile existimas. Plura non recenseo, et si non pauca praeterea toto libro tuo ad marginem annotata habeo, de quibus utinam aliquando coram tecum agendi facultas detur. Scis enim quam difficile ac longum sit per epistolas disceptare, praesertim tanto regionum intervallo remotis. Non dubito autem, quin et alij nunc praeter me negotium tibi facessant, interrogando ac disputando super ijs quae in tuis hisce scrupulum ipsis moverunt; neque tamen id tibi displicere arbitror, dummodo amico fiat animo, quod de me quidem certo affirmare possum, nec quenquam esse qui tibi studijsque tuis magis faveat. Et merito, quum non veritatem solum easque quibus semper deditus fui disciplinas, sed et me ipsum diligas; uti pluribus indicijs in hoc ipso opere tuo declarasti, quae equidem gratus agnosco. Vale, vir Nobilissime, et cum vacabit aliquid responsi mitte.

Datum Hagae Com. 10 Mart. 1687.

Responsio.

Viro Nobilissimo clarissimoque D. Christiano Hugenio Ehrenfr. Walter de Tschirnhaus S. P.

Literas tuas, 10 Martij exaratas hic circa finem mensis Aprilis accepi, easque magna aviditate perlegi. Quantum vero mentem meam exhilararunt, cum ubique indicias mentis vere generosae et sinceri amici sufficienter colligere potuerim, non satis exprimere possum. Opto sane, ut quicunque mihi judicium suum in posterum circa hunc tractatum meum exponent, simili amica intentione dubia sua proponant; certe talibus accuratam, quoad per negotia potero, responsionem semper promitto, et licet ibidem jam permultis negotijs distrahar, cum funeralibus serenissimae

Electricis adesse coactus sum, non solum tamen accurate respondere animus est, sed et vehementer rogo, ut alia quaecumque, quae ad marginem, ut scribis, annotata habes, mihi data occasione quoque communices; cognosces etenim ex mea semper responsione quantum amicos tui similes in singulari aestimio habeam, eorumque benevolentia continuationem mihi conservare omni studio allaborem. Jam ad rem ipsam: primo perhibetur, quod procul dubio ex D. Hamelij literis intellexerim mea exemplaria Parisijs accepta fuisse; hac de re certe hactenus nihil mihi constat, cum nec a D. Hamelio, nec a quovis alio hac de re certior factus fuerim, quod hic ideo in principio insinuare volui. Secundo, admodum mihi satisfecit tanti viri judicium de mea medicina corporis, cum permulti e contrario indicarunt me melius fecisse, se hocce scriptum nullatenus publico communicassem; prout me, ejus praestantiam ita compertam habeo, ut de nullo morbo sciam, postquam haecce secutus (quanquam hic locorum magnos non saepe excessus contra sanitatem committimus) et idem alijs, imprimis tibi ex animo opto. Tertio, quo ad meum tractatum, quem medicinae mentis nomine insignivi, dubito num brevi tempore mens mea semper recte assequetur, quia in exiguo tractatu plurima nova, veluti ipse perhibes, et saepe talia occurrunt, quae non videntur ulla attentione digna, cum tamen haec imprimis omnem attentionem mereatur; quapropter ex pluribus objectionibus hactenus mihi factis, addidici e re fore, ut perplurima in nova editione adjiciam; prout imprimis praefationem operi adjunxi, ubi multa scitu necessaria extant, et imprimis scopus meus primarius manifestatur; ibidem quia observavi ea quae circa criterium veritatis a me traduntur a paucis recte assequi, quia multam meditationem requirunt, eadem brevi synopsi inclusi et primo membro meae responsionis inserui, quo facilius mens mea assequatur, et sic in varijs locis varias et necessarias admonitiones interserui, ut et crassos

errores qui propter meam absentiam irrepserant correxi. Omnia ante aliquod tempus Lipsiae mandavi, quo judicium in Actis Eruditorum de meis eo accuratius ferant. Haec ipsa quoque D. Bloeck et Gendt misi, quo secundae editioni possint adjungi, quos hac occasione rogavi, ut tibi una cum hisce literis eadem communicentur. Jam ad ea quae objiciuntur me converto. Circa veri criterium existimat Nobilissimus vir, quod nesciat an umquam hoc approbaturus sim, quia, licet quod verum sic mente possit ac debeat concipi, tamen conversionis necessitas non agnoscetur, nec inserviet hoc ad consequentias legitime hinc derivandas; idque exemplo radiorum solarium vitrum penetrantium illustrat. Ad quae haec respondeo: quodcunque verum est potest et debet concipi, hoc mihi concedis; adeoque mihi conceditur quod facultas in nobis sit verum concipiendi; haec ipsa vero facultas non poterit falsum concipere; nam falsum nequit concipi, adeoque quod concipitur per hanc facultatem semper verum erit, et per consequens conversionis necessitas debet agnosci, nempe, quodcunque concipi potest, verum est. Sed maxime notandum, quodcunque concipi potest, non ideo verum est physice et hoc absque dubio sis, quod libentissime concedo, nam in sequentibus 2da et 3tia sectione expresse docui, quod varia conceptuum genera dentur de eadem re: imaginabilium, rationalium, et realium; quod facillime hi conceptus inter se confundantur; qua ratione hoc evitari possit; omniaque haec multis exemplis illustravi. Fateor itaque: quodcunque concipitur non verum est, physice scilicet; sed tamen potest esse verum, mathematice seu abstracte aut ope imaginationis activae, et quia plura dantur conceptuum genera, semper quodcunque concipitur juxta aliquem horum verum erit. Porro quia clare varia haec conceptuum genera exposui et in specie exemplum attuli, non video qua ratione hoc criterium (non quidem solum et in se spectatum sed annotatis quae modo dixi) non possit inservire ad

legitimas consequentias formandas, seu quae errori non obnoxiae; nam omnis error a diversarum rerum confusione, quas distinguere docui. Quoad exemplum quod affers de radijs solaribus, certe ingeniosum est, et credo quod pauci assecuturi sint quid velis; quoad me, quia juxta praecepta mea Physices edoctus, corporum quae vel solidissima alijs videntur (veluti vitrum) partes in continuo motu esse, non difficulter concipio forte possibile esse, quod solis actio ad nos possit pervenire absque ut vitrum poros habeat; et si haec vera causa esset hujus effectus, utique errassem, quia diversos conceptus confundissem; sed ideo non minus ea quae concepi de poris vera essent in se considerata, cum utrumque fieri possit physice, sed saltem in eo error esset positus, quod ea quae diversa, licet ambo conceptibilia, non bene dixtinxissem, et uni horum proinde attribuissem quod alteri conveniret; quamquam hunc quoque errorem (siquidem error) juxta ea quae tradidi optime praecavere potuissem, nam opus saltem habuissem considerare proprietates actionis rectilineae, quae ope pororum solidi corporis ad nos pervenit, quae utique in certa re debent diversae esse, atque hinc experientia facile cognovissem utrum primae aut secundae causae hic sit assignandus effectus; hoc autem dum facio, adhuc dum sum in ea sententia, hunc effectum solis, qui (in quamcunqne partem me vertam) efficit, ut oculi non sustinere valeant tam fortem actionem, licet vitrum satis crassum interpositum sit longeque ab ipso hoc vitro remotus sim, poros necessario in eodem requirere, licet aliunde hoc non constaret. Sed de hac re ulterius disserere non opus esse credo, cum non perfecte certus sim tuas cogitationes cum meis convenire; satis est jam exposuisse qua ratione id quod concipitur semper verum sit, quaque ratione absque errore legitimae hinc consequentiae possint fieri. Hoc tamen necesse est, ut adjiciam haecce nondum adhuc sufficere ad legitimas consequentias formandas, sed necesse est, ut quis circa definitiones alicujus rei, hoc est

hinc derivantur. Tandem hoc quoque notandum, quod non opus habuissem ulla specimina exhibere ad praeceptorum meorum praestantiam ostendendam; nam sane modo praecepta optima, applicatio eorum quoque non inutilis esse poterit, adeoque quis specimina mea non debet aggredi, sed potius ostendere, quod praecepta nihil valeant. Hoc si ostendi poterit, victum me dabo, methodumque meam nihil valere . . . .

. . . . „Miror quomodo ita methodo tuae confidas," etc. Ego hic econtra non miror quod omnes aliter sentiant, sed quoad me causas hujus rei satis novi, nam eos breviter contraxi pag. 213; quia 1. innumeris praejudicijs circa haec praeoccupati sunt; 2. statim specialia in physicis aggrediuntur; 3. in hisce specialibus nulla alia effecta, quam quae admiranda considerant; qui in hoc statu, ijs certe Physica difficillima scientiarum absque dubio videbitur; prout contra ego eodem in loco ostendi nullam scientiam Physica faciliorem esse. Si qui igitur aliquid singulare in physicis vult praestare: 1. non debet ea aggredi nisi priusquam clare in conscientia convictus tam ratione quam experientia hanc scientiam omnium esse facillimam. Hoc si verum est, prout quilibet scire potest, modo ex conscientia velit loqui, certum est quod primaria impedimenta quae non a parte rei sed a nostra sola imaginatione proveniunt, absunt. Haec autem impedimenta praecipua, ni fallor (in sectione tertia) auferre docui; 2. bona methodo debet instructus esse detegendi incognitas veritates a priori, non autem meliorem novi quam quae per perfectas defin. axiom et theorem. procedit. Hinc enim quidquid humaniter sciri potest innotescit; talem autem methodum in sect. secunda multis explicavi. 3. scire debet methodum experientias legitimo modo instituere; quod sane ego nec in Verulamio nec ullibi fateor adinveni. Quia itaque nulla alia quam haec tria, saltem ad difficillima quaeque in physicis

superanda, opus esse video, haecque quantum praeceptis generalibus fieri potest, conatus fui explicare; non video, quare aliquid impervium, inexploratum in posterum erit ijs, qui hisce stricte adhaerebunt.

„Adeo ut jam magnetis," etc. Sane qui tecum specialia volunt aggredi priusquam multo alia in Physicis detecta sint, illis tecum judico (prout jam quoque insinuavi) summam adorturam difficultatem; sed hoc ijs non accidet, qui ea observant quae modo indicavi. Nam quoad succinum, si quis circa generalia physices determinaverit primum in quibuslibet fere corporibus dari atmosphaeram certorum effluviorum, quod si corpora haec fricentur haec effluvia concitatiori motu agitantur; item quae differentia inter effluvia corporum durorum et pellucidorum et similia alia generalia; hinc attractio succini deinde non difficilis explicatu erit, sed ejusmodi specialia non magnam habent utilitatem. Eadem ratione aliquando in praeceptis specialioribus artis inveniendi non omnia particularia explicabo (hoc enim impossibile), sed viam eo perveniendi ostendam; generalia autem omnia, quibus datis caetera omnia innotescent, exhibebo. Sic e. g. in magnete ostendam, qua ratione experientiae instituendae, ut ejus natura determinetur; unde constabit quod proprietates ejus facillime possent explicari, si generalia circa cognitionem metallorum primo determinarentur; deinde si experimenta possent fieri prope polum cum magnete quae ex eodem loco effossa, hujus loci constitutio probe consideranda juxta leges bonae methodi; porro deberent duo loca determinari per certas experientias, quae in aequatore occurrunt et nondum detecta sunt, et sic similia alia ostenderem; quamquam de magnete tot experimenta cognita sunt, ut modo omnes certae essent, tertia pars sufficeret ad ejus proprietates explicandas meoque judicio absque particulis ullis striatis. Fluxus et refluxus maris non difficulter detegeretur, si lunae motus, terrae motus, maris motus generalis et principaliter specia-

non in lucem deducentur ab ullo, quaecunque felicitas ijs obtigerit; quod Cartesius optime noverat, unde dicit quod quaedam sint investiganda magna solertia, quae nunquam se casu offerrent. Crede mihi, in Cartesio multa extant, quae vix puri Cartesiani percipient, vixque ab ullo alio nisi quis eo cognitionis pervenerit.

„Porro in his — terram esse perituram." Id quod absolute infinitum est solum non potest perire, nam interitus ejus si fieret, non posset fieri nisi a re externa; jam vero actu infinitum nullum externum habet; hinc econtra sequitur omnia finita interitui esse obnoxia; conservatio illorum etenim dependet ab eo, quod vires propriae cum externis in aequilibrio sint, adeoque si externae fortiores fiant (quod infinitis de causis accidere potest) aequilibrium tollitur h. e. res finita destruitur, et idem de terra non solum, sed de sole et absolute omnibus corporibus universi verum. Quod etiam experientia sufficienter confirmat: nonne videmus stellas fixas extingui, et antequam extinguantur varias colluctationes fieri, prout e. g. jam in stella Ceti, quae hoc anno fere stellae primae magnitudinis evadit, absque dubio sequenti autumno adeo immunita exit, ut visu non percipiatur, aut forte penitus extinguetur. Optime quoque Aristoteli respondebatur, quod terra non ab aeterno esset, nam alias, quia montes semper ac semper pluvijs et alia ratione imminuuntur, nec novas montes exsurgere videmus, eam jam debere necessario absolute rotundam esse; sed Cartesius aliud quid respondet; dicit siquidem: si mundus ab aeterno, alia ac alia terra in ejus locum de novo generata esset. Sed non est, quod timeas; stella non tam cito moritur ac homo, prout nunc videmus in stella Ceti; nec quoque de terra id tam cito augurandum, tam ob multas rationes quam imprimis, quod satellitam habet. Excipio saltem si Deo, extremo suo judicio, mundi machinae ruinam intimebit; quod utique, ut scis, extra nostram controversiam cadit. — „Quod infinitam stellarum," etc. Hoc

certe non recordor me ullibi statuisse; nam quod pag. 44 sq. infinitum idem mihi est ac indefinitum, hac de re alias non possum mentem, nisi in Physice mea, aperire; pag. 150 hoc non absolute affirmo, dico enim: „siquidem infinitae."

„Quod assumpsisse videris." Quod corpus semel motum in motu permanebit in plano, si nulla corpora obstent, statuo adeoque id assumpsi p. 99; sed nego ejus causam a manu provenire, seu quod corpus semel a manu incitatum ad motum, si corpora non obstarent h. e. si in vacuo esset, moveretur absque fine, prout vult Cartesius, in plano utique, ut dixi, res succedit: sed hoc non procedit a manu, sed ab alijs corporibus, qui hocce postquam e manu continuo pellunt usque dum corpora externa hunc motum tollunt; sed ut hoc intelligatur permulta ex mea physica deberem recensere, ubi observationibus et experientijs clarissimis, ni fallor, haec res confirmabitur.

„Denique extensio — impossibile existimas." Quod extensionem absque motu cum Cartesio concipias, ego e contra cum motu, nihil hic contra me; nam potest esse quod extensionem abstracte concipias itidem motum, adeoque, licet utrique nostri conceptus diversi sint, veri tamen erunt, sed non physice; adeoque certe conceptio non fallit in se spectata. Scis enim, quod (p. 131 sq.) tres diversos conceptus de extensione exhibuerim, qui non debent confundi; in Physice mea similia de motu proferam, ubi certe adhuc majora habemus praejudicia, sed omnium maxime de quiete.

Haecce omnia jam sunt quae temporis brevitas et multitudo diversarum occupationum vix permisere, ut in ordinem redigere potuerim; quae si forte satisfaciant, non interim abnego in meo tractatu plurima esse quae confidentius dicta videntur; satis enim scio, quam multa nobis admodum probabilia videantur antequam ad ipsam praxin accedamus, et hic quandoque tales difficultates exsurgere, quas ne quidem ulla ratione in principio suspicati essemus, et ideo me

nihil unquam affirmare, nisi ad minimum simile quid ipsa praxis me edocuit; imo praeterea optime scio, quod hunc tractatum ad eam perfectionem non potuerim reducere, prout in idea habeo, et mihi proposueram omnia mea non publicare, nisi ad hanc perfectionis ideam accedant. Verum quia praevideo posse fieri, ut mea studia publico aliquid communicandi penitus abrumperentur, judicavi e re fore, publico hoc in tempore significare, licet nondum omnia ad omnimodam perfectionem reduxerim, modo talia sint quo judicare valeant, num capax sim, si mihi commoditas paretur, publico cum fructu inserviendi. Si nullum hinc remedium expectandum sit, imposterum mihi soli studebo absque ut aliquid publicem. Ex hisce antem colliges, quam gratae mihi fuere litterae tuae, et quod nihil in hisce se obtulerit, quod mihi potuerit displicere, prout tale quid suspicatus es in literis ad D. de Gendt. Hoc sane magna in me esset (im)perfectio, si tam levibus animus meus turbaretur, quamque si in me animadverterem statim corrigerem; mihi enim circa haec non blandior; ad quod remedia secura in manibus habeo. ,,Estote perfecti, sicut pater vester perfectus est," praecipuum meum est Ethices praeceptum; et si scirem meliora praecepta, quae me in perfectiorem statum, quam jam possideo interne, possent redigere, nihil quantum possibile intermitterem, ut mihi eadem compararem.

Sum ex integro

Dresdae, die 12 Maji, Tuus Totus

anno 1687. E. W. von Tschirnhaus.

Here interfui convivio ubi ultra viginti nobiles, sed cogitationes admodum ab hisce diversae existebant, haec hisce . . . . aria, jam nonnisi matutinis horis, nec quoque semper talibus vacare licet, ... (q)uaeso erroribus meis condones.

Nobilissimo Clarissimoque viro
Dno Christiano Hugenio, Seigneur
de Zulichem, présent à la Haye.

Quicunque Spinozae in tractatu de emendatione intellectus proposita et ejus de indaganda veritate ibidem principia ante animum habet, Tschirnhausiique Medicinam evolvit Mentis, in hujus elucubrationibus facile Spinozae discipulum recognoscet, eadem qui principia, ipsis philosophi interdum verbis, exposuit adhibuitque. Sic in ipsa jam operis praefatione, ubi de artis inveniendi praestantia agitur, „actiones," inquit, „quorumque hominum manifestum facile faciunt, eos imprimis, quidquid etiam praetendant aliud, eo collimare, ut bonum, quo utique nullum praestantius datur, videlicet tranquillitatem mentis seu conscientiae, possideant: sed ad hanc comparandum nulla alia, ratione quidem naturali parabilis, via patet, quam quae actiones nostras non in apparentia saltem sed revera virtuosas exhibet. At vero virtus genuina absque sapientia vera absolute nequit concipi. Quo autem medio sapientia in rebus pure naturalibus certius acquirenda erit, quam accurata methodo, cujus auxilio omnes cadentes sub intellectum veritates in lucem indubie proferre licet? — adeoque haec omnia ex genuina philosophia unice dependent." Mirum equidem videri debet, inter eos, qui „talem philosophia ut recluderent", deinde nomine suo indicantur, Cartesii, Arnaultii, Malebranchii, Marrottii, non vero Spinozae nomen inveniri; imo hunc ipsum — uti jam dictum — per totum librum ne vel uno loco citari. Quod nonnisi admodum puerili ex metu explicari poterit, viri a Leibnitzio aliisque tamquam naturalistae et pantheistae damnati discipulus ne haberetur, quodque minus gratum certe animum in auctore nobis ostendit erga virum a quo omnia fere artis sua principia duxerat, in eo solo — neque hoc in veritatis incrementum — ab eodem discedente, quod Leibnitzianas potius — uti videbimus — de Dei personalitate ideas amplexus fuerit. Quod ut magis perspicuum nobis adhuc reddamus, Tschirnhausii tractatum ejusque praefationem jam evolvere pergamus. Pergit autem in hacce scopum suum nobis patefaciendo, expositionem sc. rationis

„qua veritatem per te ipsum certo acquirere, passionis tuas sapienter moderari, sanitatem conservare, liberos prudenter educare, et similia facili negotio exequi liceat." Nullam deinde occupationem illa praestantiorem praedicat, quae in „studio acquirendae veritatis perse ipsum" consistit; praeter hanc „veritatis acquisitionem" nihil aliud desiderari, quam „ipsam methodum veritatem infallibiliter detegendi." Omnia vero „quae circa talem Methodum exponerentur frustanea forent, si quid verum et falsum sit ignores," quare „determinandum esse" dicit infallibile remedium, quo verum et falsum certo cognosci unumque ab altero discerni queat. Hoc autem — quid nempe verum falsumque — perspecto, „via erit praemonstranda cognitionem semper nostram de veritate ad veritatem absque fine extendendi", et denique „impedimenta removenda" erunt, quae veritati acquirendae obstant. Quae praefationis cogitata si omnino Spinozana jam redolent principia, eadem quoque facile recognosces in Tschirnhausii consilio, in libri sui parte prima nobis exposito, ea sc. tantum amplectendi „quae — uti dicit — esse meum conservant seu conservationi meae conducunt, et contra quae mihi nocent, h. e. quae esse meum destruunt seu conservationi meae obsunt, declinandi"; ad quod efficiendum, et „ut felicitas durabilis conservaretur, ingenium (inquit) meum excolere decrevi, quantum humanitus fieri potest, quo vere utilia ab iis quae talia dumtaxat videntur, certo dignoscerem." Nec minus illud Spinozanum, quod ei „sapiens ignaris infinito intervallo" ideo „beatior sit", quia „hi nunquam solidam animi tranquillitatem sibi acquirant"; cujus quidem ei „genuina haec est causa: partim quod fere semper unice ad id attendant, quod ipsis deest, cumque hoc magni aestiment (licet saepissime nonnisi ad mutabilia bona spectet) ac, in quocunque statu vivant, necessario contingat, ut ipsis semper aliquid desit, frequentissima etiam tristandi detur occasio; partim quod nunquam aut raro ad id, quod ipsis adest,

seu quod revera possident, sat bene respiciant. Et quia quoque quanti haec sint aestimanda, ignorant, laetitia, quam eam ob rem animo concipiunt, aut non nisi puerilis aut stulta est. Econtra sapiens non attendit sibi aliquid deesse; scit enim hoc perquam necessarium esse in ente finito, multoque minus propterea tristatur, cum bene ipsi perspectum sit, hoc ipsum idem esse ac si tristaretur, tres angulos in triangulo aequari duobus rectis. Sed praesentissimae ejus cogitationes sunt circa bona quae possidet, ac quanti ea sint facienda; quae consideratio nonnisi solidam laetitiam in mente ejus potest excitare. . . Sapiens quoque multo facilius suas superabit passiones, quoniam passiones semper ex falso supposito oriantur; quod cum ab ipso bene detegatur, nec ille falso acquiescat, eo facilius eas superabit, quo majores progressus in acquisitione veritatis fecit." . . . . . . ,,Tria haec: sapientiam, virtutem, ac animi tranquillitatem perfecte in nullo homine nisi conjunctim existere, et in his tribus, ita conjunctis, summum hominis bonum, quod in hac via naturali possideri potest, solum consistere," Tschirnhausius Spinozae vestigia secutus, dicit.

Neque minus quam in prima hacce parte, in secunda quoque auctor philosophi praecepta fideliter admodum adhibuit, ubi nempe ,,ea quae vera sunt, semper simplicissima ac proinde intellectu quoque facillima esse" scribit, et ,,falsitatem in eo consistere" dicti, ,,quod non potest concipi, veritatem in eo quod concipi potest." Tschirnhausio uti Spinozae ,,*affirmare* et *negare* nihil aliud quam voces externae, quibus indicamus nos aliquid interne seu in mente vel posse vel non posse concipere." Sceptici ei ,,ut amentes considerandi" videntur. Duplicem porro in homine cognoscendi facultatem distinguit, *intellectum* sc. et *imaginationem*, quam postremam ,,non ita a natura nostra dependere ac priorem" dicit; ,,ubi enim intellectu quaedam concipimus vel concipere non possumus, ea omnia quasi a nobis ipsis peragi videntur; at per hanc posteriorem, omnia po-

tius extrinsecus quasi adveniunt, adeoque tantummodo *percipiuntur* non vero *concipiuntur.........* Quia autem ea quae imaginamur, quandoque possunt concipi, quandoque nullus de iis habetur conceptus, magni refert ne quod tantum imaginamur, cum eo quod concipimus confundamus. Quippe hinc facile poterit fieri, ut quaedam a nobis concipi putemus, quae revera tantum imaginamur h. e. ut credamus nobis quaedam esse nota, quae tamen ignota sunt." Ii vero qui „res, uti easdem imaginantur, conjungunt aut disjungunt, si earum tentarent formare conceptus, ipso eventu perspicerent, se eas vel posse tantum vel non posse conjungere, atque ita a ficta dubiaque cognitione liberarentur"...... Nec mirum ingenia vel praestantissima quandoque errasse, utut veritatis cognitio sit simplicissima, *concipiendi* (enim) facultas non sola in nobis est — veluti haec sola absque imaginatione existit in mente infinita seu Deo, qui vel ideo errare non potest; — sed etiam *imaginandi* facultas, quemadmodum mentium finitarum conditio se habet, nobis inest, ac proin ab externis impressiones patimur." Quod hic de Deo additum videmus deinde in Leibnitzianum omnino vertit sensum, „ea pro omnium certissimis nobis habenda esse" dicens „quae a Deo, qui solus nulli obnoxius est errori, revelantur."

Ipsa vero Spinozae verba adhibita rursus videmus, ubi de veritatis cognoscendae mediis legimus: „ubi notum est rem posse concipi aut non posse, nil amplius potest desiderari ad rem eam melius intelligendam seu concipiendam..... Nec ulla ratione video, quidve clarius quidve distinctius tali cognitione esse possit; nec etiam conjicio, quare melior veritatis aut falsitatis noscendae sit exoptanda norma. Nam certe, *sicuti lux se ipsam tenebrasque manifestat*, sic *veritas sui et falsi est norma;* hoc est: quod vere concipitur, non tantum affirmat id eo ipso esse possibile seu verum, sed simul ostendit, ejus contrarium eo ipso non posse concipi, et per consequens, impossibile seu falsum esse."

Non ad verbum quidem, ad sensum vero ab omni parte cum Spinozae de definitione principiis convenit quod apud Tschirnhausium de iis scriptum est. Ipsi nempe „nobilissimo viro", in epistola 64a, philosophus scripserat illam optimam esse definitionem, quae „rei causam efficientem exprimit;" hoc autem Tschirnhausium cordi habuisse ex iis patet quae verbis tantum — nec in melius — mutatis pag. 67 sqq. dicit: „omnem" scilicet „rei singularis definitionem semper ejusdem rei primum formationis modum oportere includere, quem alicujus rei generationem nuncupabo........ Ejusmodi data definitione nullum amplius dubitationis locum de rei definitae certitudine relinqui" putat. „Nam (inquit) re quadam concepta quisnam eam concipiens dubitabit, an concipiatur? Aut quis, monstrata sibi rei alicujus generatione, ejusdem possibilitatem desiderabit?" Quapropter et Cartesianam motus definitionem rejiciendam judicat, quippe quae „genuinam motus naturam sive generationem non includat," eaque „motus effectum" describi, non vero „*causam efficientem*" (ecce jam ipsius Spinozae verba) „exhiberi;" imo pergit dicendo „illos ad sententiam (suam) aliquanto propius accedere, qui dixerunt bonam quamque definitionem *causam efficientem* debere includere;" addit vero: „eos tamen magis experientia quam a priori, uti nos deduximus, didicisse videntur." Quo quid proprie sibi velit, fateor me nescire, gratiorem autem animum ipsi agnoscendum maluissem quam quo summum philosophum, benevolum suum praeceptorem, inter anonymos illos recelare ausus sit quos propius tantum ad suam ipsius sententiam accedere dicat.

Multo indignius adhuc alio loco Spinozam tractavit, ubi de ordine mathematico locutus quo nonnulli cogitata sua exhibuerint, „*quidam*" inquit „item primam ac secundam partem Principiorum Philosophiae (Cartesianae) reducit ad ejusmodi methodum. Nec defuere qui omnia sua cogitata *Ethica* in talem redigere ordinem sunt conati." In quibus

certe nemo dubius haerebit, quisnam *quidam* ille et quaenam *Ethica* fuerit, quorum mentionem fecit.

Ut vero manifestius etiam reddamus, quantum in omni philosophia sua „cuidam" illi ejusque Ethices et Physices praeceptis debuerit, plura adhuc loca evolvamus, in quibus omnibus ipsum Spinozam audire putares. Sic virtutem alicubi definit „potentiam in homine, ex legibus sanae rationis suam naturam conservandi, h. e. omnes reales perfectiones mentis et corporis sibi comparandi, seu naturae nostrae ex legibus sanae rationis realem perfectionem." Sic alibi de qua jam diximus imaginandi facultatem tanquam omnium in rite philosophando impedimentorum matrem dicens, videbimus" inquit, „quantopere nobis noceat imaginatio: siquidem clare monstrabo, cuncta haec impedimenta unice ex illa ortum habere." Sic alibi rursus inter bona et mala realia apparentiaque distinguendo dicentem audimus: „sunt autem meo judicio bona realia, quae propter se expetenda, nulla alia quam sapientia sive acquisitio veritatis per se ipsum seu per proprias meditationes juxta genuinam methodum institutas; virtus seu naturae nostrae ad acquisitae veritatis leges directa perfectio; ac tandem mentis tranquillitas seu ex hisce duabus, sapientia et virtute, exoriens in nobis status quietus. Unde simul haud difficulter conjicies, quid per mala realia intelligam: mala nimirum bonis hisce directe opposita, ignorantiam, vitium, et statum mentis inquietum. Bona vero apparentia sunt honor, divitiae, et delectationes sensuales, quae si acquisitioni bonorum realium adjumento sunt ex apparentibus fiunt realia bona: si autem iisdem impedimento, prout saepissime accidit, haec revera non nisi realia mala sunt, licet alii secus judicent. Hinc quoque facile colligitur, quaenam e contra mala apparentia sint: status nempe obscurus seu non adeo illustris in mundo, paupertas, et absentia delectationum sensualium. Et haec quidem si adjumento nobis sunt ad

bona realia acquirenda, id quod etiam tantum non semper accidit, revera bona realia existunt, si autem impedimento, ex apparentibus malis in realia mala degenerant." Physica mox „vere divina" apud eum audit „scientia; etenim in hac explicantur leges, quae a solo Deo suis inditae sunt operibus, secundum quas omnia constanter operantur, et quae nullo modo a nostro intellectu sed a Deo realiter existente dependent; adeo ut opera Physices considerare nihil aliud sit, quam ipsius Dei actiones considerare." Quibus si Leibnitziana quoque intermixta tibi videantur, sequentia certe solum Spinozam prae se ferunt „nil evidentius" dicentia „quam nos unice quovis momento a Deo pendere, adeo ut ne manum quidem elevare ullamve formare cogitationem, et nihil unquam absolute sive mente sive corpore possimus praestare ad quod actualis Dei concursus quovis momento non requiratur; cui adeo etiam unice, non nobis debetur gloria, Haec et similia si attente et frequenter dignarentur considerare, mirarer si adeo impense gloriam quaererent, et hoc ipso aliis forent molesti." Uti vero antea jam dixerat, „paucissimi mentem vere generosam habent, parum de lectorum utilitate augmentoque scientiarum soliciti, multum autem in hoc occupati, ut alios in sui admirationem rapere, atque sic propriam, quam impense sectantur, gloriam quovis modo magis magisque stabilire queant."

Quodsi jam — finis enim nobis faciendus erit — post hasce omnes Tschirnhausii lucubrationes, benevolos eum alloquentem audimus lectores: „spero ut mihi non vertant vitio, quod post tot ingeniosissimorum virorum lucubrationes aliaque praeclara cogitata, concernentia methodum detegendae veritatis, *meas* etiam cogitationes in publicum edere non dubitarim; cum videam res inter humanas absolute nihil esse arte inveniendi utilius neque quod scire plus referat;" talia (dico) ab eo audientes, cogitationes illas optaremus, ut eum non puduisset illarum autori attribuere.

§ 12.

Narrante Colero epistolae nonnullae inter Spinozam et Stoupium Helveticum, praefectum Francorum militarem, dum Trajecti ad Rhenum degebat, datae fuere, quas Spinozae iter ad urbem illam (mensi Julio, uti videtur, 1673) secutum est. Recte autem in vita nostra M. S. animadvertitur Stoupium, in libello suo de Hollandorum Religione, in litteris die 7 m. Maji datis, Spinozam adhuc „malum Judaeum nec meliorem Christianum, Atheïstamque" vocare „Atheïsmum palam profitentem" cujus neque habitationis locum omnino cognitum habuisse videtur [1]); unde concludendum ipsum, adhortante Principe Condaeo, ei demum scripsisse, quippe qui scientiarum et philosophiae amator philosophum Ultrajectum ad se invitari cupierit. Princeps vero ante Spinozae adventum jam abiisse videtur.

Idem Colerus Spinozae mortem referens, moribundo ab amico suo medico Lud. Meyero fraudulenter quaedam ablata esse narrat, cui rejiciendae omnino fabulae recte vitae nostrae auctor in annotatione se opposuit, incredibile prorsus judicans Meyerum aliquid tam vile facere voluisse; autumat potius moribundum ei philosophum pauca illa in sui memoriam et ad servitia ejus remuneranda donavisse [2]). Vide-

---

1 „Dien heer had weinig tijds voor dat hy Spinoza binnen Utrecht verzocht, een werkje by wijze van Brieven in 't licht gegeven; in welker 3e brief van den 7den May 1673 hy toont, doe noch onkundig van Spinoza's verblijfplaats te zijn geweest; voorts geeft hy wel te kennen 't Tract. Theol. Pol. te hebben gelezen, en Spinoza voor deszelfs schrijver te houden; doch hy heeft van den een en ander geen breed denkbeeld. Waaruyt 'k besluyt, dat hy kort daaran eerst kennis gekregen hebbende, waar Spinoza zich onthield, niet alleen door aanprikkeling van eigen nieuwsgierigheid, maar meest op ordere en begeerte van den Prins van Condé tot zijnent hem verzocht heeft."

2 „Colerus beschuldigt hem, dat hy een ducaton en eenig klein geld, benevens een mes met een silver hecht, twelke Spinoza op de tafel had

tur igitur Colerus, in incredulum nimis infensus Meyerum, facinus ei attribuisse a viri indole non minus quam a commercii ejus amicitiaeque cum Spinoza vinculo alienissimum.

Eodem judicandum erit modo de alio Theologo ipsi Spinozae actionem attribuente, viri summi aliunde satis cognitae indoli prorsus contrariam. Narrat enim Philippus a Limborch [1], Remonstrantium (qui dicuntur) suo tempore professor Amstelodamensis, in epistola quadam ad Clericum [2]: „memini me ante sexennium ad convivium vocatum, cui, *praeter meam expectationem*" (vide, quam liberalis fuerit mentis!) „author hic [i. e. Spinoza] intererat: inter precandum signa animi irreligiosi ostendebat, adhibitis gestibus, quibus nos, qui Deum precabamur, stultitiae arguere videbatur." Quid inde deducendum? hoc nempe 1. Limborchium inter precandum non precibus Deoque sed Spinozae ejusque praesumtis gestibus intentum fuisse. 2. ipsum gestus illos — si quidem fuerint, quod valde dubitandum — perperam prorsus explicasse; non enim Spinozae prudentis aeque ac humanae indolis erat istiusmodi gestibus indulgere, quibus alterius fidei sectatoribus irrideret. Praejudicio suo

laten leggen, by zich kwam te steeken, en daarmeê, denzelven dag dat Spinoza was gestorven, 's avonds in de nachtschuyt na Amsterdam vertrok en doorging. Doch, schoon de deugd die Dr. Meyer had my gansch onkundig is, om hem van zulk een daad heel vry te keuren; ik wil nochtans daartoe veel liever overhellen, om te gelooven dat hy, als zijnde geensins van 't geringste slag des volks in zijn tijd, nog te veel eerzucht hiertoe zal gehad hebben, om zijn naam door zulk 'n verachtelijk doen en klein genot te bekladden: maar vertrouw veeleer, dat Spinoza, voelende zijn einde naderen, aan hem dit mes en geld, zoo tot zijner gedachtenis, als voor deszelfs moeyten en reiskosten, uyt erkentenis van dien geschonken heeft."

1 Idem cujus amicam habemus cum docto Judaeo (Is. Orobio de Castro) disputationem. Versionis Belgicae ed. 2a Amstelodami prodiit, a. 1735.

2 Citatur epistola in Dissertatione Theol. inaug. de Phil. a L. Theol. auct. A. Des Amorie v. d. Hoeven jun. Amstelodami, apud F. Muller. 1843.

Limborchius occupatus male verisimiliter et vidisse (
casse dicendus erit.

Verbum adhuc addendum erit de diversis philosophi
nibus deque ea qua hocce demum volumen ornari
mus photographica. Cognitum est duas imagines ext
tas, quarum una in Bibliotheca Guelferbytana servat
tera e cl. Pauli Heidelbergensis manibus, ante ho
decim annos, in meas transiit. Tertiae picturae me
in epistola Gust. Brinckmanni, anno 1802 ad virum c
mum missa, ubi se vidisse scribit philosophi imagin
tam apud Ampl. comitem Von Alvensleben, quae
hodie habeatur, nescio. Quarta in argento picta m
minoris igitur dimensionis, servatur in collectionibu
Gothanicis; cui in dorso inscriptum eam ab ipso S
hospite Van der Spijck a. 1676 Amstelodami (?) co
esse. Nec est cur huic inscriptioni fidem non habe
cum et aliunde sciamus Spijckium, „pictorem perqua
ficiosum, athei" — uti legitur — „vultum expressis
faciei similitudo — quamquam ab antea cognitis i
iisque similibus sculpturis paullisper diversae — satis
sit, ut de identitate personae non dubitemus. Ha
tur — quippe hucusque ineditam — imaginem, ab ar
Butstettii photographi Gothani manu lucis ope fide
transpositam, volumini nostro adjungendam duximus

Adjiciamus denique ineditum hucusque in Spinoz
ginem anonymi distichon, quod alteri Tractatus de
mineque exemplari inscriptum invenimus:

Hier schaduwt ons de konst in prent Spinoza's wezen,
En beeldt 's mans diep gepeins in 't zedig trony af;
Terwijl de vrucht zijns geest, en 't geen 't vernuft hem
Best wordt gekend van hun die zijne schriften lezen.





